τὸ σῶμα ὑπηρεσίας, ἢ θεραπείας, ὡς ὁ κύριος ἐδίδαξε· ποτὲ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ κεχρησθῆναι, ἢ ἔδωκεν ὁ κύριος εἰς οἰκοδομὴν, καὶ ἕκεις καθαιρέσειν, ὅταν ἡ χρεία ἐπιζητῆ τῆν παθησῖαν· καὶ ἐν καιρῷ μὲν παρακλήσεως τὸ χρεῖσθαι ἐνδείκνυσθαι, ἐν καιρῷ δὲ ἀποτομίας τὸν ζῆλον ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ἐφ' ἑκάστω τῶν ἄλλων ὁμοίως.

Περὶ ἀνδρείας.

Κεφάλ. ιά.

Η ἀνδρεία ἐστὶν ἀρετὴ πολυτελής, καὶ πολύχρηστος, ἔδεν ἤτις αἰσθησῖα τὰς ἄλλας ἀρετὰς, ἢ ὑπ' αὐτῶν κοσμημένη καὶ εἰς φῶς προϊῖσα, σωφροσύνης γονὴ, φρονήσεως τρόφιμος, δικαιοσύνης ἀδελφὴ καὶ δορυφόρος. δι' αὐτὴν ἐμόνοι δὲσπληκτοὶ περὶ φόβον ἢ θάνατον οἱ ἄνθρωποι γίνονται, ἀλλὰ πᾶν ὅτιν χαμερπὲς καὶ χαμαὶζῆλον ὑψηλῷ, καὶ γενναίῳ, καὶ ἀξενωπῷ φρονήματι πατήσαντες, περὶ τὸ ὄντως καλὸν ἀκαθέκτως καὶ ἀκαταμαχῆτως ὁρμῶσι, καὶ ὑπὲρ αὐτῶ πάντα φέρουσι, εὐτολμίας, ἐνψυχίας, λήματος, μεγαλοψυχίας μεσῶ, εὐτομία ψυχῆς, καὶ μηδέποτε ἀπαυδῶση νοῦς

corporis aut ministrandi, ut Dominus docuit; aliquando auctoritate utendum divinitus concessa, ad aedificandum, non vero ad destruendum, quando usus postulat

auctoritatem: atque tempore quidem consolationis ostendenda benignitas, tempore autem severitatis, zelus, & in ceteris similiter.

CAP. XI.

De Fortitudine.

Fortitudo est virtus dives & multifaria, non minus ornans ceteras virtutes quam decus ab illis accipiens, & sic in lucem procedens, temperantiae soboles, prudentiae alumna, iustitiae soror & satellites. Per eam non solum non perculluntur facile terrore & morte homi-

nes, sed omnia humilia & in terra repentina alto & generoso atque virili animo calcantes, ad verum bonum irretorti atque indomiti feruntur, ejusque causa omnia perpetiuntur, confidentia, animositate ac magnanimitate pleni: firmitate animi & vigore mentis in-

ἀκμῇ ἐπιτέλῶντες τὰ καθήκοντα, προχέρως καὶ ἐτοιμῶς ἐπιβάλλοντες οἷς δὲ, καὶ νεανικῶς ὑπομένοντες ἂ λόγος αἰρεῖ, καὶ ὡς περ ἀπό τινος σκοπιᾶς ἐποπτεύοντες τὰ χαμῶ συρύμενα· αὐτοὶ δὲ τῶν τε Φαύλων καὶ τῶν περισπασάτων τοῖς ἄλλοις μηδαμῶς ἐπιτρεφόμενοι, ἀλλ' ἄνω ποι ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ τῶν ἀρετῶν ἰδρυμένοι, ἐν τε τοῖς κατ' ἀρετὴν πόνοις πάντοτε νεαροὶ καὶ ἀκμάζοντες διατελῶντες, ἄτε τῆς ἀνδρείας καὶ ἀρρενότητος αὐτάρκη παρεχομένων δύναμιν, ἢ περ τῶ ἀπλέτῳ ἔρωτι τῆ ἀγαθῆ οἷον ὑπεκκαύματι διηλεκῶς ἀναλωγομένη, ἔδῃποτε σβέννυται.

Ἔστι δὲ ἀληθῆς ἀνδρεία ἢ πάντοτε πραγματευομένη τὰ θεῶ ἀρέσκοντα, τὰ εἰς δόξαν αὐτῆ τένοντα, τὰ κοινῇ συνοίσοντα. οἱ δὲ τὰς ἰδίας ὠφελείας μασεύοντες, καὶ δι' αὐτὰς κινδυνεύοντες, τῶν δὲ ὄντως καλῶν ὀλιγάρως ἔχοντες, ἄνοιοί τινές εἰσι, καὶ βάνανσοι, τυφλώτιστοι περὶ τὴν κρίσιν τῆ ἀληθείας καὶ ὄντως καλῆ. ἐκὼν τῇ ἀσφαλεῖ ἀνδρείᾳ ἐπανθεῖ τὸ ἀπλῆν, τὸ ἀκέραιον, τὸ εἰλικρινές, τὸ αὐταρκες, τὸ ἀκενοδόξον, τὸ ἀφιλοχρήματον, τὸ φιλοδύαμον, τὸ πρῶον, καὶ τὸ φιλάνθρωπον. Τοιοῦτος ἦν ὁ θεοπέσιος Δαβὶδ, ἀπειλῆ μὲν τῶ ἀχαρίστῳ Νάβαλ, ὃς καὶ τῆς γυναικὸς μαστρυέσης, Φθέρου

θεσιλ. δ.
κεφ. κί.

defessio munus & officium peragentes, alacriter & prompte aggredientes quæ aggredienda, atque masculo animo tolerantibus quæ ratio suadet, & velut ab aliqua specula inspectantes ea quæ humi trahuntur: prava ista & vilia, ac tantopere aliis expetita minime curantes, sed sublime in vertice quodam virtutum collocati, inque laboribus virtutis semper recentes ac vegeti permanentes, utpote fortitudine & virilitate sufficientes prebente vires, quæ ingenti amore honesti quasi fomite assidue vivificata, nunquam extinguuntur.

Est autem vera fortitudo quæ semper procurat Deo placencia, in gloriam ejus tendentia, publice profutura. Ii vero qui propria emolumenta quarunt, ac propter illa periclitantur, vere autem bona & honesta negligunt, vanales quidam sunt & operarii, cæcutientes in dijudicatione vere & re ipsa boni. Certæ igitur fortitudini inhaeret simplicitas, vanæ gloriæ & opum contemptus, justitiæ amor, mansuetudo & humanitas. Talis erat divinus ille David, minatur quidem ingrato Nabal, qui etiam uxore

ἦν καὶ

ἦν καὶ λοιμός· καὶ τὸτο γὰρ μεγαλοφυχίας δᾶγμα, τὸ τὰς ἀχα-
 ρεῖας δίκας ἀπατεῖν· ἀλλὰ ἀνδρείας γυναικὸς μελιχίους βήμασιν
 αὐτίκα τῆς ἐργῆς καθυφίησι, καὶ τὴν ἐμφυτοὶ ἐπιδείκνυται πραΐ-
 τητα. καὶ τὸ μὲν ἀλλόφυλον πεπασσέφω, σύγκρατον δαίκνυσιν
 ἢ ὁ Δαβὶδ ἀνδρεία τὴν Φρόνησιν, καὶ ἀνδρα καὶ γυναῖκα ἐκ ἐξωγόνησα Βασ. κ. κη. κ.
 ἢ τῆ ἰσαγαγεῖν εἰς Γεθ, λέγων, μὴ ἀναγγέλωσιν εἰς Γεθ καὶ ἡμῶν
 λέγοντες, τάδε Δαβὶδ ποιεῖ. Ἐνίστε γὰρ ἡ στρατηγικὴ περινοία ὑπὲρ
 τῆς τῶν οἰκείων ἀσφαλείας ἔ ξυγχωρεῖ τὸ Φιλάνθρωπον. φύλαξ
 ἢ δὲ δικαιοσύνης ἢ ἀληθῆς ἀνδρεία. καὶ τίς ἐπακχέεται, Φησιν. κη. κ.
 ἢ ὑμῶν τῶν λόγων τέτων; διότι κατὰ τὴν μερίδα τῆ κατα-
 ἢ βοάοντες εἰς τὸν πόλεμον, ἕτας ἔσαι ἢ μερίς τῆ καθημέριε
 ἢ ἐπὶ τὰ σκεύη, κατὰ τὸ αὐτὸ μεριδνται. καὶ ἐν ἀπλότητι γνώμης
 συνεκστρατεύεται Δαβὶδ μετὰ τῆ βασιλέως ὧ ἐδᾶλευε τοτη-
 ἢ νικαῦτα. καὶ εἶπε Δαβὶδ πρὸς Ἀγγῆς, τί πεποίηκά σοι; καὶ τί κη. κβ.
 ἢ εὔρες ἐν τῷ δᾶλω σε ἀφ ἧς ἡμέρας ἤμην ἐνάπιόν σε καὶ ἕως τῆς ἡμέρας
 ἢ ταύτης; ὅτι ἔ μὴ ἐλθω πολεμῆσαι τὰς ἐχθρὰς τῆ κυρία με τῆ
 ἢ βασιλέως;

testante, erat iniquus, labe & peffis: nam est magnanimitatis indicium etiam ab ingratis pœnas poscere; verum fortis mulieris blandis verbis statim iram remittit, ac innatam ostendit mansuetudinem. Atque Philistinon quidem delens David temperatam declarat fortitudine prudentiam, * *Vivam et mulierem non vivificavi, nec adducebam in Getb, dicens, ne forte loquantur adversum nos: Hæc fecit David.* Interdum enim imperatoria sagacitas propter securitatem suorum, humanitatem non

admittit. Est autem vera fortitudo custos justitiæ. *Nec audiet, inquit, vos quisquam super sermone hoc. Æqua enim pars erit descendenti ad prælium, & manenti ad sarcinas, & similiter dividenti.* Atque in expeditionem etiam exit David, sincero animo, cum rege cui tunc serviebat. *Dixitque David ad Achis: Quid enim feci, & quid invenisti in me servo tuo a die in qua fui in conspectu tuo, usque in diem hanc, ut non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis?*

1. Reg. 30, 24.

* 1. Reg. 27, n.
1. Reg. 29, 8.

Ἴδιον δὲ ἀνδρείας τὸ περὶ μεγάλων ἔργων, μεσῶν δὲ κινδύνων διαπονεῖσθαι καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι, ὡς ὁ Θεόφιλος Μαυσιῆς τὸν τῷ Θεῷ λαὸν δελεῖας ἐξοίεσεν, ἐν αὐτοῖς προιμίσις ἐπεδείξατο τὸ μετὰ Φροήσεως γενναῖον τῆς ψυχῆς παράσημα, καὶ τὸ μετὰ δικαιοσύνης ἀνδρείον, τί γὰρ δικαιότερον τῷ μὴ περιορᾶν τὸν ἀδελφὸν ὑβριζόμενον, ἀλλὰ γενναίως αὐτῷ ἐπαμύνασθαι τὸν ἀδικῆντα πατάζοντα; ἀλλ' ὅμως καὶ τοὶ ἡρώϊκῶς θυμῷ πλήρης, ἐδ' ἐν ἀκμῇ τῶ ἔργῳ ἀμνημονεῖ τῆς Φροήσεως, περιβλεψάμενος δὲ ὧδε καὶ ὧδε, ἔχ' ὄρα ἐδένα, καὶ πατάξας « τὸν αἰγύπτιον, ἐκρύψεν αὐτὸν ἐν τῇ ἀμμῷ. ἐμφραν γὰρ ἀδρεία καὶ « μετὰ τὸν θριάμβον ἔδ' ἐτὸ πρῶμα περιορᾷ. Τοῖστος ἦν καὶ ὁ δίκαιος Ἰάβ. ὅς ἐν μὲν εὐτυχία, θάτερον τῆς ἀνδρείας μέρος μετῆλθεν, ὡς αὐτὸς περὶ ἑαυτῆς φησι, δέσασα πτωχῶν ἐκ χειρὸς δυνάστε, καὶ « ὀρφανῶ ᾧ ἐκ ἦν βοηθὸς ἐβοήθησα. εὐλογία ἀπολλυμένη ἐπ' ἐμῆ « κατήντα. ἤμην πατὴρ ἀδυνάτων. συνέτριψα μύλας ἀδίκων, ἐκ μέσῃ « τῶν ὀδόντων αὐτῶν ἄρπαγμα ἐξήρπασα. τὸ γὰρ ἐν οἷς δέον μὴ « ὀργίζεσθαι, ἀλλ' εἰς νόθοι πράγματα καλλωπιζόμενον, ἀποβραθυμῆν, καὶ περιορᾶν προσηλακίζόμενον καὶ ἑαυτὸν καὶ τὰς οἰκίας, ἡλίθιον

Sed proprium est fortitudinis circa res magnas periculique plenas elaborare ac facinora edere, ut Moyses, qui Deum vidit, servitute eximens populum Dei, in ipso primordio ostendit prudentiæ conjunctam generosam animi præsentiam, & associatam iustitiæ fortitudinem. Quid enim justius quam non negligere fratrem qui patitur injuriam, sed fortiter ei opitulari, percutiendo lædentem? verumtamen quamvis Heroica animositate plenus, nec in ipso facti vigore immemor est prudentiæ. *Cumque circumspexisset huc atque illuc, & nullum*

adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit fabulo. Cordata enim fortitudo nec post victoriam negligit cadaver. Talis erat justus Job, qui in statu felicitatis alteram fortitudinis partem persecutus est, ut ipse de se ait: ** Liberavi pauperem e manu potentis, & pupillum cui non erat adjutor. Benedictio perituri super me veniebat. Pater eram pauperum. Conterebam molas iniquorum, & de dentibus illorum aufereram prædam.* Namque iram non concipere ubi opus, verum ad spuriam manfuetudinem sese componendo desiderare, ac pati contumeliose haberi & se suos,

καὶ

* Σφ. κ. φ. β.

* Σφ. κ. φ. κ. β.

* Job. 29. 12.

Exod. 2. 12.

καὶ ἀνδραποδῶδες ἐστὶ. δυσυχίας δὲ περιπαρεῖς ὁ δίκαιος, καὶ θάτερον γενναϊότητος μέρος τὴν μέχρι θανάτου ἐν δεινοῖς καρτερίαι ἐξήσκησε, καὶ ἕδεν τῆς αὐτῆς ζωῆς μέρος ἐρημον ἀνδρείας παρέδραμεν. μηδὲν δὲ μᾶλλον ἀπέσκει τῇ ἀνδρείᾳ τῆς φιλοχρηματίας, ἥτις ἐστὶ νόσος ἀγελαῆς ψυχῆς. τὸ δ' ἀκραθιῶς μεγαλόψυχον ἀπυσία μὲν πλέτε ἠκιστα λυπεῖται, παρόντι δὲ αὐτῷ χρεῖται μετὰ μεγαλοπρεπείας. πόρρω δὲ ἀνδρείας, καὶ τὸ περὶ δυναθείας λίχρον καὶ ἐμμανές.

„ μὴ ἐμπιπτε, Φησιν, ἵνα μὴ ἀπασθῆς, καὶ μὴ μακρὰν ἀφισῶ, ἵνα σερ. κεφ. ιγ.

„ μὴ ἐπιληθῆς. ὁ γὰρ μετὰ φρονήσεως μεγαλόψυχος, θεῶ μὲν εἰς ἀρχὴν καὶ πραγμάτων διοίκησιν καλῆντος, ὑποκλίνει τὸν ἀνχένα, εὐεργετᾷ τὸ ὁμόφυλον, ἀλλὰ ἀνακεράννισι τῷ ἀρχικῷ καὶ γενναίῳ τῆ φρονήματος, τὸ μέτριον, καὶ πρᾶον, καὶ συγγνωμονικόν· ἔσφριγᾷ, ἕδὲ σφαδάζει, εἰκῆ ἔπλήττει, ἔδάκνει τὸς ὑπ' αὐτόν. ἐπίστε δὲ περισσία φρονήματος, παρατεῖται τὸν ὄγκον τῆς ἀρχῆς ἕτω δεῖσαι, ἔμεινεν γνώμης χανούτητι, ἀλλὰ ψυχῆς γενναϊότητι εἰς αὐτὸν συναλέμενος, θεωρία τὲ σχολάζων, καὶ μόνα θεῶ τῷ ὑψίστῳ δαλεύων.

stolidum est & servile. Calamitatibus autem circumvallatus justus, etiam alteram fortitudinis partem, tolerantiam in ferendis malis admirandam, excercet, nullaque vite ejus pars virtutis expers præterlabitur. Ceterum nihil tam dissimile est generositati quam avaritia, quæ est debilitas plebejæ ac vulgaris animæ. At vera magnanimitas, si defint divitiæ, minime tristatur, si adsint, utitur iis magnifice. Longe etiam dissidet a fortitudine, furiosa dominandi libido, * *Noli te ingerere, ne repellaris; noli etiam longe absistere, ne oblivioni tradaris.* Is enim qui prudentiæ junctam

habet magnanimitatem, Deo quidem vocante ad imperium & rerum administrationem, submittit cervicem, bene meretur de gentilibus suis, temperatque principalem ac generosam magnanimitatem moderatione, lenitate, & ignoscendi facilitate; non luxuriat nec insolenter se gerit, temere plagas non ingerit, non infestat subiectos. Aliquando etiam abundantia magnanimitatis recusat factum principalem molemque imperii, re ita ferente, non mentis quadam laxitate, sed animi generositate, qua sese involvit, contemplationibus vacans, & Deo altissimo

* Ecclesiastica
13. 13.

καλ. ρ.

καὶ εὐφράνθησαν ὅτι ἠσύχασαν. ἐν δὲ ταῖς ἀρχαῖς, Φυλακίῳ καὶ μάλα τὸ ἐξύθυμον καὶ θηριῶδες, ἀσηκτέον δὲ πράγματα, ἀλλὰ πράγματα ἀνδρὶ φρονίμῳ καὶ γενναίῳ προσήκασαν. πρῶτος γὰρ ὁ, τε συγγνώμῃ ἀποπέμψαν ἐν δέοντι, καὶ πάλιν ὡς δαί, καὶ ὅτε δαί, καὶ ἐφ' οὓς δαί ὀργιζόμενος. τὸ γὰρ πυρρὸν καὶ δυσδιάλυτον εἶναι, περιφέροντα καὶ θάλλοντα τὴν ὀργὴν, τῷ τεύχηκῳ καὶ τοῖς ὀμοδιάτοις, ἀφόρητον. δαί ἄρα ὀργιζόμενον καὶ κολάζοντα, μιμῶσαι τὰς ἀρίστους τῶν ἰατρῶν, κατὰλληλα ὀρέγοντας τῷ νοσῶντι φάρμακα, καὶ πεφισμένως χρωμένως πυρὶ καὶ σιδήρῳ. τὸ γὰρ ἀνθημερὸν αὐτοχρειαζέειν τὰ τῆς θεραπείας, ἐν τοῖς ὀξυτάτοις μόνον τῶν νοσημάτων ἔχει λόγον. ἄλλως γὰρ δοτέον τι καὶ τῷ ἔθει, καὶ τῇ χάρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ. καὶ μὴ μόνον κατὰ καιρὸν εἰρήνης, ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμῳ, καὶ πρὸς τὸ ἀντίπαλον μεμῶσαι προσήκει τῶν καθηκόντων, διακρίνοντα καιρὸν, καὶ τόπον, καὶ πρόσωπον, μηδ' ἀνεξετάτως ἀπατάμενον τῷ δοκῶντι συμφέροντι. τῆτο χαρακτῆρ ἀνδρείας καὶ μεγαλοψυχίας, τῆτο χρωῖμα ψυχῆς ἡνίκῃς, τὸ καὶ ἐν ἀμῆ τῶν πραγμάτων ἐπι-

* Ἰπποκ.

Pfal. 106, 30.

serviens, *Et letati sunt, quia qui evenerunt.* In Imperio autem & magistratu vel maxime cavendum ab excandescencia & feritate; exercenda potius clementia, sed clementia viro prudenti ac generoso conveniens. Clemens enim est is qui ignoscit veniamque dat in quibus rebus oportet, & ita ut oportet, & quando oportet, qui etiam succenset ob quæ par est. Nam acerbum esse & agre reconciliabilem, circumferendo & fovendo iram adversus subjectos & domesticos, intolerabile est. Oportet ergo in succensendo & puniendo imitari præstantissimos medicorum, qui con-

* Hippocr.

grua & idonea porrigunt ægotanti medicamenta, ac parce utuntur igne & ferro. Nam extempore præcipitare curationem in acutissimis solum morbis est rationi consentaneum. * *Nam alioqui dandum aliquid consuetudini, & loco, & tempori, & ætati.* Ac non solum pacis tempore, verum etiam in bello & adversus hostes meminisse officiorum convenit, discernendo tempus, locum & personam, neque inconsulte decipi apparenti commodo. Hæc est vera fortitudinis ac magnanimitatis nota, hæc tinctura Heroicæ animæ, in ipso etiam puncto & cardine re-

τυγχάνειν

τυγχάνειν τῆ δέοντος, καὶ εαυτῆ νικητὴν ἀναφάνεσθαι μὴ προδιδόντα τῇ ἐπιβάλλου.

Τοῦτος ἦν ὁ ἐπὶ ἀνδρεία, καὶ Φρονήσει, καὶ πραότητι περί-
βλεπτος Δαβιδ. ἐφάσατο γὰρ τῆ βασιλέως Σαὺλ καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ,
καὶ ἐν τῇ παρεμβολῇ, καὶ τοι εἰς ἄμυναν αὐτὸν ὄτρυνόντων τῶν μετ'
αὐτῆ. καὶ μέμνηται ὁ ψῆφω θεῶ εἰς βασιλέα ἤδη χειροτονηθεὶς τῶν
» βασιλέως δικαιωμάτων. καὶ μηδαμῶς μοι, φησὶ, παρὰ κυρία, εἰ
» ποιήσω τὸ ῥῆμα τῆτο τῷ κυρίῳ μετ' τῷ χριστῷ κυρία, ἐπνέγκαι χεῖρά
» με ἐπ' αὐτὸν, ὅτι χριστὸς κυρία ἐστὶν ἕτος. ἐχθρὸς ἐστὶν, ἀντίπαλος
» ἐστὶν, ἀλλὰ βασιλεὺς, ἀλλὰ κύριος, ἀλλὰ χριστὸς κυρία. τίς ἐποίησε
» χεῖρα αὐτῆ ἐπὶ χριστὸν κυρία καὶ ἀδωαθήσεται;

βασιλ. β.
κεφ. κβ.

κεφ. κγ.

Πολυθρύλλητος δὲ καὶ ἡ τῆ Σαμῶν ἀνδρεία, καὶ κατὰ τὴν
παροιμίαν, * καφὸς ἀν εἴη ὃς Ἡρακλεῖ ζῶμα μὴ παραβάλοι. δίδωσι
δὲ θεὸς γεννοῦον γόνον σάφροσι καὶ εἴρα μητρὶ, ἀπαξ καὶ δις ἐπι-
» τάξας δι' ἀγγέλῳ καὶ τὴν περὶ τὴν διαταγὴν σαφροσύνην. καὶ ἄφθῃ
» ἀγγελος κυρία πρὸς τὴν γυναῖκα, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν, ἰδ' ἔ σὺ εἴρα,
» καὶ ἔ τέτοκας, καὶ συλλήψῃ υἱόν. καὶ νῦν φυλάξαι δὴ, καὶ μὴ πῆς

κεφ. κεφ. ιγ.

rum invenire quod sit conveniens,
ac sui ipsius victorem apparere, haud
deserendo officium.

Talis erat David ille, fortitudine,
prudencia & mansuetudine conspi-
cuus. Pepercit enim regi Saul, &
in spelunca, & in castris, quamvis
ad ultionem eum instigantibus
sociis. Atque rex designatus decreto
Dei, meminit jura regis. * *Propitius
sit mihi, inquit, Dominus, ne faciam
hanc rem Domino meo, christo Domi-
mini, ac mittam manum in eum, quia
christus Domini est.* Inimicus est,
adversarius est; sed Rex, sed Domi-

nus, sed christus & unctus Domini.
*Quis enim extendet manum suam in
christum Domini, & innocens erit?*

1. Reg. 26, 9.

Sed celebris est & Samsonis forti-
tudo, atque secundum proverbium,
Mutus sit oportet qui Herculi os
non accommodet. Dat autem Deus
generosam sobolem pudicæ ac sterili
matri, semel iterumque imperata
per Angelum temperantia circa
diatam. Cui apparuit Angelus Do-
mini, & dixit ad eam: *Sterilis es &
absque liberis: sed concipies & paries
filium: cave ergo ne bibas vinum*

* 1. Reg. 24, 7.

Judic. 13, 13.

οἶνον καὶ μέθυσμα, καὶ μὴ Φάγῃς πᾶν ἀκάθαρτον. ἐπειδὴ δὲ τῶν «
 ἀρετῶν ἡ μία τῆς ἄλλης ἐξήρτηται, ἡ τὸν γεννάδα Σαμψὼν Φύσασα,
 καὶ ἔξαισία ἀνδρεία ἐκεκόςμητο, ὥσε τῇ συγκράτῳ εὐσεβείᾳ καὶ
 κριτ. ιγ. φρονήσει, μεγαλοψυχία, ἀνασηρίζου καὶ παραμυθῆσθαι καταπεπλω-
 κάτα τῷ θεῷ τὸν ὀμόζυγον. καὶ εἶπε Μαρκῆ πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτῆ, «
 θανάτῳ ἀποθανέμεθα, ὅτι θεὸν εἶδομεν. καὶ εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ «
 αὐτῆ, εἰ ἤθελεν ὁ Κύριος θανατῶσαι ἡμᾶς, ἐκ ἂν ἔλαβεν ἐκ χειρὸς «
 κριτ. ιδ. ἡμῶν ὀλοκαύτωμα καὶ θυσίαν. ἐπιδιδάσθης δὲ ἅμα ἡλικία τῆς «
 ἀνδρείας, ὁ γενναῖος Ἡρώς συνέτριψε σκύμνον λέοντος ἀρρομένῳ ὡσεὶ «
 συντρέφει ἐριφον αἰγῶν. καὶ ἰδὲ συναγωγῇ μελισσῶν ἐν τῷ σώματι «
 τῆ λέοντος καὶ μέλι, καὶ ἐξῆλεν αὐτὸ εἰς χεῖρας αὐτῆ, καὶ ἐπορεύετο «
 πορεύομενος καὶ ἐοδῶν. τὰ γὰρ ἀπρόσιτα τὸ πρῖν, καὶ οἷς ἐκ ἂν τις
 μὴδὲ προσπελάσαι τολμήσειεν, ὑπὸ τῆς ἀνδρείας ἐξημερέμενα,
 αἰετῶν ταῖς χερίαις τῶν ἀνθρώπων, τὰς ἀπὸ γεωργίας καὶ μελιτῆρ-
 γίας γλυκυτάτης ἀναφύοντα καρπῆς, οἷς οἱ γενναῖοι ἀθλήσαντες
 εὐφραίνονται. καὶ εἰς τῆτο ἄρ' ἠνίτητο τὸ πρόβλημα, ὅτι ἀπὸ ἰσχυρῆ
 γλυκῆ ἐξῆλθε. μέλιτος γὰρ γλυκύτεροι οἱ ἀπὸ ἀνδρείας παντοδαποὶ

ac quicquid inebriat, nec immundum
 quidquam comedas. Quoniam autem
 una virtus ex alia pendet, fortis Sam-
 fonis genitrix ornata etiam fuit in-
 genti fortitudine, ita ut mista pie-
 tati prudentia & magnanimitate
 confirmaret ac solaretur consterna-
 tum timore conjugem, Et dixit
 Manue uxorem suam: Morte mo-
 riemur, quia vidimus Deum. Cui
 respondit mulier: Si Dominus nos
 vellet occidere, de manibus nostris
 holocaustum & libamenta non susce-
 pisset. Crescente autem cum ætate
 fortitudine, strenuus ille Heros di-

laceravit catulum leonis rugientis,
 quasi hadum in frustra discerpens.
 Et ecce examen apum in ore leonis
 erat ac savus mellis. Quem cum
 sumpisset in manibus, comedeat in
 via. Inaccessa enim prius & quibus
 nec appropinquare quis auderet, a
 fortitudine mansuetacta, permit-
 tuntur usibus hominum, dulcissimos
 agriculturæ & mellificii produ-
 centia fructus, quibus ii qui strenue
 certarunt, delectantur. Atque hoc
 subindicabat problema: De forti
 egressa est dulcedo. Melle enim
 dulciores sunt varii fortitudinis

καρποί.

Judic. 13, 22.

Judic. 14, 6.
8. 9.

καρποί. ἐπειδὴ δὲ τὸ μεγαλόψυχον ἔωθε καταφρονεῖν τῶν ὑπο-
 δεστέρων καὶ ἐν ὑπαρεία πρὸς κειμένων, μὴ δ' ἐξοχούτων εἰς τὸ ὕψος τῆς
 ἀρετῆς ἀναβλέψαι, διὰ τῆτο οἰοῖται παιδιῶς καταφριαμβεύειν Φιλῆ
 τῶν τοιούτων τοῖς φρατηγήμασι, καὶ σκέμμασι, καὶ ταῖς λεπτοτέρας
 ἔπισημασι. καὶ ἐπορευθὴ Σαμιφῶν, καὶ συνέλαβε τριακοσίας ἀλώπε-
 κας, καὶ ἔλαβε λαμπάδας, καὶ ἐπέσρεψε κέρκον πρὸς κέρκον, καὶ
 ἔθηκε λαμπάδα μίαν ἀναμέσση τῶν δύο κέρκων, καὶ ἔδησε, καὶ ἐξέ-
 καυσε πῦρ ἐν ταῖς λαμπάσι, καὶ ἐξαπέσειλεν ἐν τοῖς εὐχύσι τῶν
 ἀλλοφύλων, καὶ ἐκάησαν ἀπὸ ἀλωνος καὶ ἑως φαχύων ὀρθῶν, καὶ ἑως
 ἀμπελῶνος, καὶ ἐλαίας. καὶ ἡ μὲν Φιλανθρωπία καὶ ἠπίοτης, τοῖς
 χεῖρας προτείνασι, καὶ συγγνώμῃ αἰτημένοις ὀφείλεται. τοῖς δὲ κατὰ
 τῶν ὑπερεχόντων φρασυνομένοις, ἔχει λέγειν τὸ, ἐν τρέπον ἐποίησάν μοι,
 ἔτως ἐποίησα αὐτοῖς. οἱ γὰρ πάτλαλοι * τοῖς πατῆλαλοις ἐκκρέοντα,
 καὶ θεός ἐστιν ὁ πολεμῶν, καὶ διὰ τῶν εὐτελεσάτων καταβάλλων τὴς
 ἐμποδῶν ἰσαμένους ἤρωι, ἐν ὑλίςσιν χεῖρ ἐκράτυνε. καὶ εὔρε σιαγόνα ὄνε
 ἐξερῆριμένην, καὶ ἐπάταξεν ἐν αὐτῇ χιλίης ἀνδρας. καὶ εἶπε Σαμιφῶν,
 ἐν σιαγόνῃ ὄνε ἐξάλειψαν ἐξήλεψα αὐτές. καὶ τῆτο δὲ ἤρωος

κεντ. κηφ. δ.

fructus. Quandoquidem autem ma-
 gnanimitas solet contemnere infe-
 riora & in depresso alicubi jacentia,
 neque valentia ad sublimitatem vir-
 tutis suspicere; idcirco quasi joco
 de talibus triumphare solet, strata-
 gematis, consiliis & commentis exi-
 lioribus. * Perrexitque Samson &
 cepit trecentas vulpes, caudasque
 earum junxit ad caudas, & faces
 ligavit in medio: quas igne succen-
 dens dimisit, ut huc illuc discurrent,
 quae statim perrexerunt in segetes
 Philistinorum. Quibus succensis, &
 comportata jam fruges & adbu-
 scantes in stipula concremata sunt, in

tantum, ut vineas quoque & oliveta
 flamma consumeret. Et humanitas
 quidem ac lenitas, manus proten-
 dentibus veniamque petentibus,
 debetur; at ferocientibus contra
 superiores, fas est dicere: Sicut fece-
 runt mihi, sic feci eis. Clavi enim
 eliduntur. Atque Deus est
 qui oppugnat, & per vilissima pro-
 sternit eos qui obsistunt heroi,
 quem manus Altissimi corroborava-
 vit. Inventamque maxillam asini,
 quae jacebat, arripiens, interfecit in
 ea mille viros. Et ait Samson, in
 maxilla asini delevari eos. Herois etiam

* Judic. 15, 4.

v. 11.

v. 15. 16.

κεντ. κεφ. ις'.

χαρακὴρ, εἰδέναι ὄρον ἀνδρείας, καὶ ἐνώπιον Θεῶ ταπεινωθῆαι, καὶ
 φοβεῖσθαι ἂ θεὸν φοβεῖσθαι. καὶ εἰδίησε σφόδρα, καὶ ἐκλαυσε πρὸς ἡ
 κύριον. ἀλλὰ τὴν ἀξιάγαγον ἀνδρείαν ἦν ἐγέννησε καὶ ἔθρεψε σαφροσύνη,
 ἢ ἀκολασία ἐκνευρίσασα κατέβαλε. καὶ ἐπηρευθῆ Σαμψῶν εἰς ἡ
 Γάζαν, καὶ εἶδε γυναῖκα πόρνην, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτήν. καὶ ἐγένετο ἡ
 μετὰ τῆτο, καὶ ἠγάπησε γυναῖκα ἐν Ἀλωρῆχ, καὶ ὄνομα αὐτῇ ἡ
 Δαλιδὰ, καὶ ὠλιγοψύχησεν ἕως τῆ ἀποθανεῖν. τῷ Θεῷ δὲ πάλιν ἡ
 Φιλανθρωπευμένε, ἀναζῆ παραυτίκα τὰ ἐναποκείμενα τῆς μεγα-
 λοφυχίας ζώπυρα, καὶ ἀναλάμπει ἡ ἀπάσης ἀνδρείας κορωνίς. ἴνα
 γὰρ δοξασθῆ Θεός, καὶ χειρὸς ἀλλοφύλου λυτρωθῆ τὸ ὀμόφυλον, εἶπε ἡ
 Σαμψῶν, ἀποθανέτω ἡ ψυχὴ μετὰ τῶν ἀλλοφύλων. καὶ ἦσαν οἱ ἡ
 τεθνηκότες, ἕς ἐθανάτωσε Σαμψῶν ἐν θανάτῳ αὐτῷ, πλείους, ἢ ἕς ἡ
 ἐθανάτωσεν ἐν τῇ ζωῇ αὐτῷ. ,,

Οὐ μόνον δὲ ἐν πολέμῳ, ἀλλὰ καὶ κατὰ καιρὸν εἰρήνης ἡ ἀνδρεία
 διαλάμπειν ἔαθεν, ἢ τε δικαιοσύνη ἐπερείδεται τῇ ἀνδρείᾳ, καὶ ὅποσα
 καλὰ κάγαθὰ ἡ φρόνησις ὑπαγορεύει, ὑπὸ τῆς ἀνδρείας περαίνεται.
 οἱ δὲ πολέμοις ἐντέτραμμένοι, πλείω τε καὶ ὀξῆ ἐναβρύνοντο,

v. 18.
 * Judic. 16, 30.

Judic. 16, 14.

nota est, nosse modum fortitudi-
 nis, atque coram Deo humiliari,
 & timere quae timenda. Sitiensque
 valde, clamavit ad Dominum. Ve-
 rumenimvero admirandam hanc
 fortitudinem, quam genuit ac edu-
 cavit pudicitia ac temperantia, pro-
 tervia dejecit enervatam. Abiit
 quoque Samson in Gazam, & ibi
 vidit mulierem meretricem, ingressus-
 que est ad eam. Post haec amavit
 mulierem quae habitabat in valle
 Sorec, & vocabatur Delila. & defe-
 cit anima ejus, & ad mortem usque
 lassata est. Sed Deo rursum indulgen-

te, mox revivificat interior magnani-
 mitatis fomes, & emicat totius for-
 titudinis apex. Utenim glorificetur
 Deus, & ab alienigenis liberetur gens
 sua aut Samson, * moriatur anima
 mea cum Philistim: multoque plures
 interfecit moriens, quam ante vivus
 occiderat.

Non solum autem in bello, ve-
 rum etiam pacis tempore effulgere
 solet fortitudo, ipsaque justitia
 innititur fortitudini, & quidquid
 boni ac praecleari prudentia suggerit,
 id a fortitudine peragitur. At bellis
 innutriti, opibusque & gloria info-

δυσχεραίνουσι τῇ καταλύσει τῆ πολέμου. ὅθεν πολλάκις μεγάλας ἀπηντήκασι τοῖς βασιλευσὶ ζημίαι, τοῖς λαμπροῖς τῶν στρατηγῶν ἐγχεχαρμῶσι τὰς ἡνάς τῆς ὅλης διοικήσεως, καὶ χρησαμένοις αὐτοῖς ὄργανοις καὶ ἐν ταῖς περὶ εἰρήνην ἐμιλίαις καὶ ζυμβάσεσιν. οἱ γὰρ τοῖστοι ὑπὸ τῆ πολέμου τρεφόμενοι, ἀμοιβαίως τρέφουσιν αὐτόν. καὶ ἡ διαδύσεσι καὶ μυριάσι σκλήσεσιν ἐμποδῶν ἴσανται ταῖς σπυδαζομέναις ζυμβάσεσιν, ἢ ἐπὶ σαφροῖς θεμελίαις ἐποικοδομήσαντες τὴν μέχρις ὀνόματος εἰρήνην, ὁμωνύμοις καὶ ἀμφιβόλοις λέξεσι κατεθέλωσαν τὸ ὕφος τῶν περὶ ζυμβάσεων λόγων, καὶ ὑπόγειν τινὰ θυρίδα καταλιπόντες ἑαυτοῖς, ἐκείθεν πάλιν παραπόδας ἀνεξέραγαν καὶ εἰσέφρασαν εἰς τὸ τῆ Ἄρεος γάδιον. οἱ φρονησεῖς ἀεὶ πρόβην ἦκοντες βασιλεῖς, τῶν ἐπὶ στρατηγικῇ ἀνδρείᾳ βρενδυομένων ἔδεν μείον τιμῶσι καὶ περιθάλαπσι τῆς πολιτικῆ καὶ ἡρεμαῖα μεγαλοφυχία κεκοσμημέναις. εἰ μὴ γὰρ τὰ πολέμου κληθέντα, εἰρήνη διαυγάσασα, τὸ χρυσῆν καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, κοσμήσει, φῶν ἀμάτος ἀνθρωπίνου, ἀνδραποδισμῶν, πόλεων ἀναστάσεσιν, ἀγροῶν ἐρημώσεσιν, καὶ ἔδεν πλεον ἐπιποτῆσει ὁ μωνώμενος Ἄρης. ἀμέλει ἢ μὲν τῆ σώματος ἀδρεία ἐρημος

lescentes, offenduntur dissolutione belli. Unde sæpe magna obveniunt iis regibus detrimenta, qui illustribus belli ducibus commiserè habenas univèrsæ administrationis rerum, quive illis usi fuere instrumentis etiam in conventibus & transactionibus pacis. Tales enim quia bello aluntur, vicissim alunt bellum. Et aut effugiis, sextentisque prætextibus impediunt foedera & pactiones in quibus elaboratur, aut infirmis fundamentis inædificantes quandam nomine tantum pacem, æquivocis & ambiguis dictionibus, turbulentum reddunt

tenorem sermonum de pace componenda, atque subterranea quadam foricula relicta, e vestigio erumpunt, & in Martis curriculum illabuntur. Itaque sapientiores regum non minus honorant & sovent eos qui civili & sedata magnanimitate sunt ornati, quam alios imperatoria virtute superbientes. Nisi enim bello parta decus accipiant, exorta aurea, re & nomine, pace, non nisi torrentem sanguinis humani, captivitates, urbium everfiones, agrorum desolationes procreabit Martis furor. Nimirum fortitudo corporis

τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἐμπληκλον καὶ θηριῶδες. ἡ δὲ ἔνοπλος Ἀθηναῖαν πάντος ἀγαθῆ ταῖς πολιτείαις χρηγός. καὶ τὸ μὲν σῶμα, λιτῆ καὶ σώφροσι διαίτη, καὶ ταῖς καθ' ἡμέραν ἀσκήσεσιν, εἰς ἀνδρείαν εἰσιέον, ἵνα μὴ διαρρέον χλιδῆ καὶ τρυφῆ, ὀπηκίκα ποινῶν δέη, εἰπαυδῆσαν κακίως ἀπαλλάξῃ. πολλῶ δὲ μᾶλλον ἀσκήσομεν τὴν τῆς ψυχῆς ἀνδρείαν, μὴ μόνον πλάττε, καὶ δόξης, καὶ τῆς ἄλλης μεταίστετος, τῆς ἀσάττε καὶ ἐφῆμέρε, νεανικῶ ὀλγωρῶντες φρονήματι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνδον ἐν τῇ ψυχῇ ἀνδρείαν μετιόντες, τὴν κατὰ τῶν παθῶν, θυμῶτε καὶ ἐπιθυμίας, φόβου τε καὶ λύπης, καὶ χαρᾶς, καὶ ἀνοσιῶν ἐρώτων. περιφέρουμεν γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ δεσνὰ θηρία, ἂν τὰ μὲν τιθασσεύειν δεῖ καὶ ὑποτάττειν τῶ λογισμῶ, τὰ δὲ ἀνασπᾶν πρόρριζα, καὶ μηδενὸς καταφρονεῖν καὶ τοι ἀσθενῆς εἶναι δοκῆντος, οἷος ὁ φόβος, ὃς ἰός ἐστιν ἀνδρείας. ἡ μὲν γὰρ ἀνδρεία ὑποτίθεται ἡμῖν τὰ σωτήρια, καὶ τὰ εὐδοξίας καὶ ἐκκλίας μετὰ, γενναίως διακροσμένη, καὶ ὡσπερ ἰσὸν ἀράχης διαλύσσα τὰ ἀμενηνὰ τῆς φαντασίας εἶδωλα, μὴ δὲ ζυγχορεῖ λειποτακῆσαι, βέλεται δὲ πάντως μένειν ἕκασον ἐν ᾧ καὶ ἐκλήθη. εἰ στρατιώτης εἶ, φύλατῆ, φησι, τὴν τάξιν, ἰδέ σοι «

destituta ceteris virtutibus, vecordia est & feritas; ast armata Pallas omnis boni civitatibus subministra-
trix. Atque corpus quidem tenui ac frugali victu quotidianisque exercitiis ad fortitudinem adsuefaciendum, ne luxu ac deliciis diffluens laboribus necessariis male defungatur; sed multo magis exercebimus animi fortitudinem, non solum divitias & gloriam ceterasque instabiles & breves nugas masculo animo contemphentes, sed & internam in anima fortitudinem persequentes adversus affectus, iracundiam & concupiscentiam, timorem

& tristitiam, & gaudia, atque impuros amores. Circumferimus enim in corde saevas beluas, quae partim cicurandae sunt & rationi subjienda, partim extirpandae, neque ulla negligenda, quamvis infirma videatur, qualis timor, qui ærugo est fortitudinis. Nam fortitudo quidem nobis suadet salutaria, bonae famae & gloriae plena, & tanquam araneae telam solvens inania imaginationis simulacra, neque tolerat desertorem, sed vult omnino manere quemque in eo ad quod deputatus ex. Si es miles, serva, inquit, ordinem & stationem, *Ecce tibi*

δεδωκα

ἢ δέδωκα τὴν ἀσπίδα, ἢ τὰν, * ἢ ἐπὶ τὰν. καὶ εἴπης, ἀλλὰ πανταχόθεν
 τιτρώσκω, ἐνψύχει, φησὶν. ἀλλὰ τέτρωμαι, καρτέρει. ἀλλ' ἀπο-
 ψύξω, ἔδεν δεινόν. κρεῖττον γὰρ μένοντα θανάτῳ μόνον, ἢ φεύγοντα
 πολλὰς συνεπιπάσασθαι. εἰ εἰς θάλασσαν εἰσέβης, φέρε, φησὶ, τὴν
 τρικυμίαν. ἀλλὰ ναυτιῶ, ἔμεσον, ἀλλὰ κινδυνεύω, εἴψον τὸν πλῆτον.
 ἀλλὰ ναυαγῶ καὶ καταβυθίζομαι, καρτέρει, μὴ ὀλιγοψύχει, πίστευε,
 οἱ πλείους γὰρ τῶν κινδύνων ἀφρώσεως ἐπιβάλλουσι διανοίας. διὰ τῆτο
 ἢ ὁ δεσπότης πρὸς τὸν Πέτρον φησὶν, ὀλιγόπιστε εἰς τί ἐδίπασας; ὁ δὲ Ματθ. κ. σ.
 φόβος φιλόφρωνος μὲν τὸ δοκῆν· τῶντι δὲ ἄρεσκος, καὶ κομιδῆ
 κόλαξ καὶ ἐπιβυλος, τοῖς νεύμασι ὑπέκων τῆς φαντασίας, σωμα-
 τοποιῶν τὰς σκιάς, ἀπαλλαγῆς ἐλπίδι εἰς ἀπωλείας ἄγων βάραθρον
 τὸν αὐτῷ περσόμενοι. φέει ψυχῆς φησὶν, ἀπόδρασι. ἀλλὰ τὰ ὄπλα
 βαρύνουσι, εἴψον αὐτά. ἀλλὰ λεπτοταξίᾳ γραφῆν ἀποίσω, ἔδεν δεινόν,
 ζῆδι μόνον καὶ μετ' ἀδοξίας.

Ἐστὶ δὲ καὶ ἕτερον ἔργον ἀνδρείας λαμπρὸν καὶ πολυτελές, ἢ τῶν
 ἀρετῶν περιποίησις. ἐκκλινον γὰρ, φησὶν, ἀπὸ κακῆ, καὶ ποιήσον κατ. λγ.
 ἀγαθόν. ἢ μόνον τούτων ἐπιβάλλει τῷ ἀνδρείῳ τὸ μὴ ταράττεσθαι,

*dedi clypeum, aut hunc, aut super
 hunc.* Atque si dicas, sed undique
 lauciant. Sis bono animo, inquit.
 Sed vulneratus sum, obdura. Sed
 expirabo. Nihil mali, praestat enim
 manentem mori solum, quam fu-
 gientem plures una attrahere. Si
 mare ingressus es, perier, inquit,
 fluctus decumanos. Sed nauseo.
 Vome. Sed periclitor. Abjice divi-
 tias. Sed naufragium patior & sub-
 mergor. Durato, neu sis pusillani-
 mus, crede; nam major pars pericu-
 lorum languidos animos invadit. Id-
 circo Dominus Petro ait, * *Modice
 fidei, quare dubitasti?* Contra au-

tem timor benignus & humanus
 quidem videtur, sed revera blandi-
 tur tantum & oppido adulatur, & in-
 fidiatur, nutibus cedens imaginatio-
 nis, & umbras effingens in corpus,
 elabendi spe in perniciem voraginem
 ducens sibi obtemperantem. Parce
 animæ, inquit, effuge. Sed arma
 gravant. Abjice. Sed desertæ militiæ
 postulabor. Nihil mali, modo vivas
 quamvis in dedecore.

Est vero & aliud opus fortitudi-
 nis, illustre & copiosum, nempe
 virtutum acquisitio. *Diverte enim,*
inquit, a malo, & fac bonum. Non
 igitur id solum competit forti, ut

* *Marth. 14, 31.
 Psal. 32, 15.*

H

μηδὲ

μηδὲ παραφέρεσθαι τοῖς τῶν παθῶν ἐπιδρομαῖς· ἀλλὰ δεῖν ἐς οἶον ὑπεργοῖς χρῆσθαι τοῖς πάθεσιν ἐπὶ διαχειρήσει μεγάλων ἔργων. καὶ μάλιστα τοῖς ἐν πολιτείᾳ καὶ ἐν βασιλείᾳ αὐταῖς ἀναστρεφόμενοις, οἰονεὶ θερμωργοὶ τινες ὑπηρετοῦν τὰ πάθη ἐκ ἐλαχίστης ὠφελείας γίνονται παραίτια. ἢ γὰρ αἰδῶς λίαν πλήξης ψυχὴ ἀποτελευτῶσα, παντάπασιν ἀναπηρῆται. καὶ ὁ πολιτικὸς δεμύτητος καὶ τιως ἰταμότητος ὀξείας καὶ πρακτικῆς ἐνδέεται, ὡς ὁ Πλάτων φησί. καὶ τῆτο δὴ ἐστὶ τὸ μεγαλοπρεπέστατον ὕφασμα τὸ ἀμπίχον τὰς εὐδαίμονας πόλεις, ἀνδρεία συγκεραυνυμένη δικαιοσύνη, καὶ φρονήσις, καὶ σωφροσύνη.

Ἐστὶ δὲ ἀνδρεία καὶ τὸ ἐμμένειν τοῖς δόξασι, καὶ μηδέποτε φιλοψυχῆσαι καὶ παραστήσασθαι τὰ προσήκοντα, καὶ τὸ παρασκευασκόν ἐἶναι τῶν δεόντων, καὶ προβλεπτικὸν τῶν μελλόντων. ὡς περ γὰρ οἱ ἔξω ὀφθαλμοὶ βλέπουσιν μακρόθεν τὰς ἀκάνθας καὶ τὰς κρημνῆς, καὶ ἔτω καὶ ὁ προβλεπτικὸς νῦν προβλέπει ταχὺς ὦν τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως τὰς τέχνας. νηπιῶδες γὰρ τὸ ἀπαρασκευεον ὄντα ὑπὸ τῆς ἐφόδου τῶν δεινῶν παρασύρεσθαι, καὶ λέγειν, τῆτο ἐκ ἐλογισάμην.*

Μακρόν. περί φιλ. καὶ ῥήσις καφ. 6.

ne turbetur, neque transversus rapiatur ab affectuum insultibus; verum oportet quasi ministris uti affectibus in peragendis magnis negotiis. Ac præcipue iis qui in Rep. & in aulis regum versantur, veluti fervidi quidam ministri, affectus haud minimæ utilitatis fiunt causæ. Nam verecundia nimis plena anima, ad postremum plane debilitatur. Opus autem viro politico acrimonia quadam & procacitate veloce atque ágili, ut Plato ait. Atque hoc est textum illud magnificentum quod vestit & continet fortunatas

civitates, fortitudo inquam mista justitiæ, prudentiæ & temperantiæ.

Est etiam fortis viri, perseverare in proposito, nec unquam vitæ parcendo detrectare munia sua, atque etiam apparare necessaria posse, & futura prospicere. * Sicut enim externi oculi longe prospiciunt spinas & præcipitia; sic provida mens, quæ velox est, prævidet adversaria potestatis artificia & machinationes. Puerile enim & stultum est, de gradu dejecti ingruentibus malis, atque dicere, Non putaram, hoc non ex-

* Macer. de Cust. Cord. cap. 6.

ὁ προσε-

ἔπροσεδόκησα. τῆ τε δευτέρῃ εἰδὲν ἦτον ἐπίμωμον τὸ ἰταμόν καὶ
 ῥηλοκίνδυνον. ἐφείτα γὰρ καὶ τῷ ἀνδρείῳ φοβεῖσθαι τὰ ὑπὲρ ἀνθρω-
 πον κακὰ, οἷον σκηπτήρας, σεισμὸς, * θαλάσσης ἐκδρομὰς. ὁ δὲ πρὸς
 τὰ τοιαῦτα νεανειούμενος, μαινόμενος ἀν εἶη καὶ ἀνάληγτος. φοβεῖται
 δὲ ὁ ἀνδρείος καὶ ἀδοξίαν, καὶ δάκνεται, καὶ λυπεῖται, ἀλλ' ἐχ-
 ῆται ὑπὸ τῶν λυπηρῶν. ἐπιπολάζει δὲ ἐν τῷ βίῳ καὶ κίβδηλος
 ἀνδρεία, οἷον ἡ πολιτικὴ, ἥπερ ἔστι δι' αὐτὸ τὸ καλόν, ἀλλὰ φόβῳ τῶν
 ἐκ τῶν νόμων ἐπιτιμιῶν, ἢ ἐλπίδι τιμῶν τὰ τῆς ἀνδρείας φραδίζουσι.
 ἢ τε ἀνάγκη πολλάκις καὶ ἄκοντας διδάσκει ἀνδρείαν ἀτρεῖν, ἢ τε
 ἐμπειρία ὀλιγοχρονίᾳ ἐντολμίας γίνεται διδάσκαλος. καὶ οἱ ἔρωτι καὶ
 θυμῷ μεθύοντες, ξίφους τε καὶ πυρὸς κατατολμῶσιν. οἱ τε ὄνοι πε-
 νῶντες καὶ τυπτόμενοι, * ἐκ ἀφίσανται τῆς νομῆς. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα,
 κίβδηλα ἀνδρείας ὀνόματα. ἐκείνη δὲ φυσικωτάτη καὶ κυρίως ἀνδρεία,
 ὅταν κινώμεθα ἐκ τῆς θυμῆς, * ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως, καὶ ἕνεκα τῆς
 ἀγαθῆς, ὡς ὁ Ἀριστοτέλης φησὶν. ἐνιοὶ δὲ τὸ ἐμπληκτικὸν καὶ ἀπότομον,
 καὶ μάλιστα ἐν πολέμῳ, ἀνδρείαν ὀνομάζουσιν. ὁ δὲ θεὸς ἐπιτάττει καὶ

spectassem. Estque nimia audacia
 & temeritas non minus vitupera-
 bilis, quam timiditas. Fas enim
 viro forti formidare mala hominem
 excedentia, veluti fulmina, terræ
 motus, maris effusiones ac inunda-
 tiones. Nam in talibus audaculum
 se præbens aliquis, infans foret
 ac sensus expertus. Timet autem vir
 fortis etiam dedecus atque infamiam,
 & pungitur atque offenditur,
 sed non succumbit molestiis. Sæpe
 autem in hominum vita apparet
 adulterina quædam fortitudo,
 uti civilis, quæ non propter ipsum
 bonum aut honestum, sed formidine
 pœnæ ac legum, aut spe hono-
 rum, utcumque defungitur munere

fortitudinis. Atque non raro neces-
 sitas invitos docet exercere forti-
 tudinem, & experientia tempora-
 riæ cuiusdam audaciæ existit magistra.
 Amore etiam & ira ebrii in
 ferrum ignemque audacter ruunt.
 Et asini furientes, ne verberibus
 quidem a pastu dimoventur. Sed
 hæc adulterina sunt fortitudinis no-
 mina; illa vero maxime naturalis
 ac genuina, proprieque est fortitu-
 do, quando ira & affectu ciemur,
 sed simul consilio, bonique &
 honesti causâ, ut Aristoteles ait.
 Nonnulli autem furorem & crudeli-
 tatem, præcipue in bello, fortitu-
 dinem appellant; cum tamen Deus
 præcipiat etiam rebus inanimatis

καφ. κ'. τῶν ἀψύχων ἐν πολέμῳ Φείδεσθαι, ὡς ἐν Δευτερονομίῳ· εἰὼν δὲ περικα-
 ρίσης περὶ πόλιν μίαν, ἡμέρας πλείας, ἐκπολεμῆσθαι αὐτὴν εἰς
 κατάληξιν αὐτῆς, ἐκ ἐξολοθρεύσεις τὰ δένδρα αὐτῆς, ἐπιβαλεῖν ἐπ'
 αὐτὰ σίδηρον, ἀλλ' ἢ ἀπ' αὐτῶν Φαγῆ, αὐτὸ δὲ ἐκ ἐκκόψεως. καὶ
 πηρη. καφ. ιβ'. ὁ Σολομών, δίκαιός, φησιν, οἰκίσεις ψυχὰς κληνῶν αὐτῶν, ἢ γὰρ
 καφ. ι. ὁμοίως ἀπροχορδῶν ἀντικρύς ἐσιν ἐν τῷ παγκάλῳ τῆς νίκης προσώ-
 πῳ. εἰ δὲ οὐκ ἐπιτείνουσι ἀεργάσατο ὁ Ἰησοῦς Ναυῆ τοῖς πέντε βασι-
 λεῦσι. προπορεύεσθε, καὶ ἐπίθετε τὰς πόδας ὑμῶν ἐπὶ τὰς τραχήλους
 αὐτῶν. καὶ προσελθόντες ἐπέθηκαν τὰς πόδας αὐτῶν ἐπὶ τὰς
 τραχήλους αὐτῶν. καὶ εἶπεν Ἰησοῦς πρὸς αὐτούς, μὴ φοβηθῆτε αὐτούς,
 μηδὲ δειλιάσητε, ἀνδρίζεσθε, καὶ ἰσχύετε, ὅτι ἔγω ποιήσει Κύριος
 πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν, ἕως ὑμεῖς καταπολεμήτε αὐτούς. καὶ
 ἀπέκλειθεν αὐτούς Ἰησοῦς, καὶ ἐκρέμασεν αὐτούς ἐπὶ πέντε ξύλων.
 ἀπλετος γὰρ ἐπενέμετο τότε φόβος τὰς τῶν Ἰεραδῶν ψυχὰς, καὶ
 ἵνα εἰς τὸ ἀκατάπληκτον αὐτούς ἐδίση, ἀπεχρήσατο ἔγω πως τοῖς
 ἐαλωκόσιν.

Ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα μηδαμῶς ἔλκεται εἰς ὑπόδειγμα. θεὸς γὰρ
 τηλικαῦτα πολυχροῖς εἰδωλομανίας δίκας εἰσεπράξατο, καὶ θεῶ

cap. 20, 19. parcere in bello, ut in Deuterono-
 mio: Quando obsideris civitatem
 multo tempore, & munitionibus cir-
 cumdederis, ut expugnes eam, non
 succides arbores de quibus vesci
 potest, nec securibus per circuitum
 debes vastare regionem. Et Salomon,
 P 07, 12, 10. Misertetur justus jumentorum suo-
 rum. Crudelitas enim verruca plane
 est in pulcherrima victoriæ facie.
 Neque proponenda sunt quæ Josue
 Josue 10, 24. fecit regibus illis quinque. Ite, &
 ponite pedes super colla regum istorum.
 Qui cum perrexissent, & subjectorum
 colla pedibus calcarent, rursus ait

ad eos: Nolite timere, nec pavetis,
 confortamini & estote robusti: sic
 enim faciet Dominus cunctis hosti-
 bus vestris, adversum quos dimicatis.
 Percussitque Josue & interfecit eos,
 atque suspendit super quinque stipites.
 Ingens enim invaserat atque con-
 sumebat tunc timor Judæorum ani-
 mos, atque ut imperterritos redder-
 et, sic abusus est victis & captis.

Sed talia haudquaquam in exem-
 plum trahuntur. Deus enim tunc
 diuturnæ idololatriæ poenas posce-
 bat, atque Deo imperante, divini

ἐπιτάττοντος, οἱ θεσπέσιοι ἐκείνοι ἄνδρες Φόνοις καὶ αἰκίας ἐπέ-
 ξήλθον τὰς εἰς ὕψος ἀνομίαν λαλῶντας, διὰ πάσης δὲ τῆς ἱερᾶς
 γραφῆς παλαιᾶς τε καὶ νέας, ὁ θεὸς ἐπαντῆ, καὶ ἐπιτάττει τὸ πρῶτον,
 καὶ Φιλάνθρωπον, καὶ ἀμνησικακον, ἃ καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις χορηγᾷ
 " εἰς γαλήνης. μάθετε ἀπ' ἐμῆ ὅτι πρᾶός εἰμί, φησὶ ὁ δεσπότης. καὶ Matth. κ.φ. ιβ.
 " ὁ Σιραχ, τέκνον ἐν πραύτητι δόξασον τὴν ψυχὴν σου. ἦθες δὲ κ.φ. ι.
 πικρότης, καὶ θυμῷ ὀξύτης, καὶ ἀλαζονεία, καὶ ἀυστηρότης, εἰς
 διχοσασίαν καὶ ἀλληλομαχίαν ἀναβραγύσαι, ἀνατρέψου τὸ πολί-
 τευμα. καὶ καθάπερ ἀνῆες μακρὰ διαπερῶσαι πελάγη, τῇ ὁμοιοίᾳ
 καὶ συμπνοίᾳ τῶν ἐν αὐταῖς πλεόντων εἰς σωτήριον λιμένα καθορμύ-
 ζονται, κυβερνήτης τε, καὶ ναυκλῆρα, καὶ ναυτῶν πραττόντων τὰ
 αὐτοῖς ἐπιβάλλοντα, καὶ ἤκιθα διασπώντων τὴν ἀρμονίαν· ἔτω καὶ
 ταῖς πολιτείαις ἐκάστῃ τὰ αὐτῶν πράττοντος, μὴ παραπαύοντος Φιλο-
 πλυσία, Φιλοδοξία, Φθόνῳ μὴ παρωπῆτος, δαλεύοντος δὲ τῷ κοινῇ
 συμφέροντι, πολλή τις ἐπανθῆ γαλήνη. ἔχει δὲ μεγάλην ἰσχὺν ἑμόνου
 εἰς θῆραν εὐνοίας, ἀλλὰ καὶ εἰς κατόρθωσιν ὁποῖ᾽ ἐν εὐχαριστήματος ἐν

illi viri cædibus & afflictionibus
 persecuti fuere illos qui iniquitatem
 loquerentur in altum. Ceterum
 per totam Scripturam sacram tam
 veterem quam novam, laudat &
 imperat Deus mansuetudinem, hu-
 manitatem & ignoscentiam, unde
 & civitatibus subministratur pax &
 tranquillitas. * *Discite a me quia mi-
 tis sum*, inquit Dominus. & Sirach,
 ** *Fili, in mansuetudine serva animam
 tuam*. Morum autem acerbitas,
 excandescencia & insolentia & au-
 steritas, in disensionem & discor-
 diam erumpentes, evertunt civita-
 tem. Et quemadmodum naves quæ

longa permeant maria, concor-
 dia & consensu navigantium in
 salutarem portum applicantur,
 gubernatore, nauclero & nautis
 facientibus sibi competentia, mini-
 meque interrumpentibus ordinem
 congruum; sic & in civitatibus uno-
 quoque suum munus peragente,
 neque deficiente atque aberrante
 per avaritiam aut ambitionem,
 neque per invidiam injurias facien-
 te, sed serviente publicis commodis,
 magna existit pax & tranquillitas.
 Est vero magna vis non solum ad
 captandam benevolentiam, sed
 etiam ad peragendum quodvis nego-

* Matth. 17, 29.

** Ecclesiastici
10, 31.

ταῖς πολιτείαις τὸ εὐπρόσιτον, καὶ εὐόμιλον. τὸ δὲ δύσκολον καὶ μεμφίμορον, ἀνατρέπει οἴκας τε καὶ πόλεις.

Δεῖ δὲ ἐνίοτε (ὡς ἔφθημεν ἐπόντες) καὶ αὐστηρότητος, καὶ κέντρως, καὶ δριμύτητος τῆς ἀναχατιζέσεως τὸ πρὸς μοχθηρίαν ἐπιφορον, καὶ τὸν κολάζοντα ὁμῶς καθαρὸν εἶναι προσηλακισμῶ. τὸ δὲ τῶν Στωϊκῶν, λίθω ἀν' αἰὲν ἐκ ἀνθρώπων, τὸ μηδὲλας ὀργίζεσθαι. τοῖς γὰρ ἀσφαλῶς φρονέουσι, τὸ, σῶφρονι θυμῷ ἀποτροπιαζομένους τὴν μοχθηρίαν, καὶ ἐπιεικέα κολάζοντας τὸ ἀπότομον τῶν νόμων, ἐπιβάλλειν τὰς ποινὰς, ἀρετῆς ὀνόματι κοσμεῖται.

Οὐ μόνον δὲ ἐν εὐτυχίαις ὁ ἀνδρείος πόρρω ἐστὶν ἀλαζονείας καὶ ὑπεροφίας, ἐν τῇ μεγαλοφυχίᾳ φυλάττειν τὸ μέτριον τῆ ἡθως, ἀλλὰ καὶ δεινοῖς περιπεσῶν, ἐπὶ τῇ ἀβραγαῖ κρηπίδι τῆς θείας προνοίας ἐδραῖως ἵσταται καὶ ἀκαταμάχητος, οἷος ἦν ὁ δικαίος Ἰωβ, ὁ μεγαλόφυχος ἀθλητῆς, γυμνός, λέγων, ἐξῆλθον ἔκ κοιλίας μητρὸς μου, γυμνός καὶ ἀπελεύσομαι, ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλετο, ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν, ἔτω καὶ ἐγένετο. οἷος ἦν ὁ βασιλεὺς Δαβὶδ ὑπὸ τῆ πενθερῆ, ὑπὸ τῆ ἡῆ διακόμενος, καὶ ἄλλεπαλλήλοις δεινοῖς οἰσινὶ κύμασι περικλυζόμενος, ἔ

* 28. κ. φ. 4.

tium in civili societate, comitatis & affabilitatis; morositas contra & duritia labefactat & familias & civitates.

Sed opus est quandoque, ut jam diximus, austeritate & stimulo, & asperitate etiam, quæ refranet proclivitatem in malitiam; verum tamen etiam in puniendo, mundum esse oportet ab injuria & contumelia. At omnino non irasci, quod Stoici volunt, lapidis, non hominis fuerit. In iis autem qui recte sapiunt, ipsa etiam punitio, quam faciunt moderata ira detestantes malitiam, & æquitate coercentes severitatem legum, virtutis nomine decoratur.

* Job. 1, 21.

Est vero fortis vir non solum in rebus prosperis remotus ab insolentia & fastu, in magnanimitate conservans moderatos mores; verum etiam asperis involutus, super infracto divinæ providentiæ fundamento, firmus & inexpugnabilis stat. Qualis erat justus ille Job, magnanimus ille athleta, qui dicit: * *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus abibo: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est.* Qualis etiam erat Rex David, qui nunc focero, nunc filio persequente, crebris undique malis tanquam

εἰς Θεὸν

" εἰς Θεὸν ἀραρότως ἐλπίζων ἐβόα· εἰάν παρατάξῃται ἐπ' ἐμὲ παρεμ-
 " βολή, ἔ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. καὶ, κύριος ὑπερασπιστὴς
 " τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; καὶ πάλιν, εἰάν γὰρ καὶ πορευθῶ
 " ἐν μέσῳ σκιάς θανάτου, ἔ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμῆ εἶ-
 " σίος ἦν ὁ Δανιὴλ, ἔ τὸ γενναῖον αἰδεοθέντες οἱ λέοντες, κλύοντες τὰς
 " ἀνχένας μονοῶν κατεφίλαν τὰς πόδας αὐτῶ. τοῖστοι οἱ τρεῖς παῖδες,
 " οἱ ἐν τῷ ἀκμάζοντι τῆς ἡλικίας εἰδότες Θεὸν γεραίρεν, καὶ ἄφρονος
 " βασιλέως ὀλιγαρεῖν. τοῖς Θεοῖς σε ἔ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι σε
 " ἔ προσκυνῶμεν. ἡ γὰρ ἀνδρεία ἐπὶ τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως, καταφρονεῖ
 " καὶ πυρὸς καὶ σιδήρου. πίστις καὶ ἀνδρεία καὶ τὰς ἀγίας Μακκαβαίους
 " λαμπρὰς ἀνεδείξεν ἀθλητάς. τί μέλεις ἐρατῶν καὶ μαιδάνων παρ'
 " ἡμῶν; ἔτοιμοι γὰρ ἀποθνήσκων ἔσμεν, ἢ παραβαίνων τὰς πατρίας
 " νόμους. καὶ ἐρίζουσι τὰ τέκνα τῇ μητρὶ, καὶ ἡ μήτηρ τοῖς τέκνοις ἐπὶ
 " ἀνδρεία καὶ μεγαλοψυχία. ὁ δὲ σοφὸς βασιλεὺς, γυνὴ ἀνδρεία ζέφανος
 " τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς εἰπὼν, εἰς τὴν σωφροσύνην αἰνίττεται. ἡ γὰρ γενναῖότητι
 " καὶ μεγαλοψυχία τὰς ἐπιβλαφούντας τῇ σωφροσύνῃ ἀποσειομένη
 " γυνή, ἐκείνη τῶν ἀνδρῶν, καὶ ζέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

ψαλ. κτ'

ψαλ. κβ'

δαν. κεφ. γ'

Μακκ. Βιβλ. β'
κεφ. ζ'

πρωτ. ιβ'

fluctibus inundatus, in Deum fir-
 miter sperans, clamabat: * Si confi-
 stant adversum me castra, non time-
 bit cor meum. Item, Dominus pro-
 tector vitae meae, a quo trepidabo?
 & rursum, ** Nam si ambulavero
 in medio umbrae mortis, non timebo
 mala: quoniam tu tecum es. Qua-
 lis erat Daniel, cujus generositatem
 reveriti leones, inclinatis cervici-
 bus, tantum non osculabantur pedes
 ejus. Tales tres illi pueri, in flore aeta-
 tis docti Deum honorare, & insipientem
 regem contemnere. *** Deos
 tuos non colimus, & statuam auream,
 quam crexisti, non adoramus. For-

titudo enim super petra fidei ignem
 & ferrum contemnit. Fides & for-
 titudo etiam sanctos Machabaeos
 illustres reddidit athletas. Quid quaeris,
 & quid vis discere a nobis? parati
 sumus mori magis, quam patrias Dei
 leges prevaricari. Certantque filii
 cum matre & mater cum filiis de
 fortitudine & magnanimitate. Sa-
 piens autem ille rex cum dicit,
 Mulier fortis corona est viro suo,
 innuit pudicitiam. Mulier enim
 generose & magno animo repel-
 lens eos qui pudicitiae ejus insi-
 dian, vere fortis est, & corona
 viro suo.

* Pl. 20, 3.

2. Machab. 7. 2.

** Pl. 22, 4.

Prov. 2. 4.

*** Dan. 3, 18.

Περὶ Σωφροσύνης.

Κεφάλ. β.

Τῆς δὲ ἱερᾶς τῶν γενικῶν ἀρετῶν τετρακλίσος ἐστὶ καὶ ἡ σωφροσύνη, ἀρετὴ ἕσα τῶ ἐπιθυμητικῇ τῆς ψυχῆς μορῆς, καθ' ἣν ἀνόρεκτοι γίνονται περὶ τὰς ἀπολαύσεις τῶν φαύλων ἡδονῶν. ὁ δὲ σώφρων ἔ μόνον πρὸς ἑαυτὸν ἐστὶν ἀσχηρὸς, τὸ θηριώδες τῆς ψυχῆς μέρος, τὸ λίκνον περὶ τὰς ἡδονάς, καὶ τὴν ἄλλην φλυαρίαν οἰοεὶ τινι χαλινῷ τῷ λόγῳ ἀναχακτίζων τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον φορᾶς· ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας ὅσον γε αὐτῷ ἐπιβάλλει, καὶ ὅσον ἐφικτὸν, λόγοις ἅμα καὶ ὑποδείγματι εἰς τὸ σωφρονεῖν ἐδίξει. καὶ ἔ μόνον τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκολασίας ἑαυτὸν ἀπάγει, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν ἄλλον βίον ἀντάρκης ὢν, εὐτελείᾳ, καὶ λιτότητι, καὶ κοσμιότητι, καὶ εὐταξίᾳ φαιδρύνεται. ἐν δαπάναις καὶ ἀναλώμασιν, ἀνυπέρτατος καὶ μέτριος ἐν ἐοδῆτι καὶ βρώματι, μὴ ὑπερβάλλων τὸ προσήκον τῇ ἰδέᾳ τῶ βίῳ· ἐν ἡγήματι καὶ κινήσει σώματος, ἐν τε λόγῳ καὶ σιωπῇ, μετὰ

CAP. XII.

De temperantia, modestia, moderatione, & sana sobriaque mente.

EX sacro generalium virtutum quaternario est & temperantia, virtus animæ partis concupiscentis, per quam aspernantur & fastidiunt fruitionem pravorum voluptatum. Temperans autem non solum erga seipsum est severus, beluinam animæ partem voluptatibus inhiantem, ceteraque frivola, quasi fræno quodam, ratione, retorquens, ne ferantur in pejus; sed & alios, quantum ipsi competit, & quantum fieri potest, verbis simul & exemplo suo

ad temperanter moderateque vivendum adsuæfacit. Atque non modo ab incontinentia circa res venereas seipsum abducit, sed &, sibi sufficiens & seipso contentus, frugalitate, tenuitate, modestia & moderatione splendescit. In sumptibus & impensis non nimius, sed moderatus. In vestitu & cibo non excedens modum vitæ generi convenientem. In gestu & motu corporis, inque sermone & silentio

πολλῆς

ἢ πολλῆς τῆς ἐμμελείας ἀποδίδῃς τὸ πρέπον. εὐνομηθήσῃ γάρ, Φησι,
 ἢ τὰς λόγους αὐτῆ ἐν κρίσει. ἔμπειρος καταχωρισμῶ πρᾶξεως μετὰ
 βεβαιότητος, καὶ ἐν λόγῳ, εὐάρμοτος, καὶ ἐναρμόνιος, καὶ ὁμαλὸς,
 καὶ αἰδήμων, καὶ ἑαυτῷ ὅμοιος ἐν τε σμικροῖς καὶ μεγάλοις τοῖς περὶ
 ἢ τὸν βίον καὶ πρὸς τὸ ζῆν καθήκῃσι. τάξον τινα ἤδη χαρακτῆρα
 ἢ σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃ Ἐπίκτητος Φησι, ὃν φυλάξῃς ἐπὶ τε σεαυτῷ
 ὦν, καὶ ἐνθράποις ἐντυγχάνων. τὸ δὲ πρέπον ἐν ὁποιαῦν πράξεσ
 ἢ διερχομα τῷ καλῷ, τὸ γὰρ καλὸν πάντοτε καὶ πρέπον ἐστίν. ἢ τε
 φύσις αὐτῆ διδάσκαλός ἐστι τῷ σωφρονῶντος βίῳ, καὶ ὑπαγορεύει καὶ
 τὰς ἄλλας αἰδέομα τὰς ὀρθῶς περὶ τῶν πραγμάτων κρίνοντας, μήτε
 προσκρῖνει αὐτοῖς ἡμελημένως καὶ ῥυπαρῶς βιῶντα. ἀδικία γὰρ καὶ
 ὕβρις ἐστὶ τὸ ἀηδίας ἐμπιπλᾶμα τὸ ὁμόφυλον. δεῖ δὲ τὸν σώφρονα
 πρῶτως μὲν καὶ κυρίως τῷ ἐν τῇ ψυχῇ φροντίζειν κόσμῳ, ἀλλὰ
 καὶ ἐν τῇ ἔξω ἀνατροφῇ προσήκει λόγον εὐκοσμίας ποιεῖσθαι, καὶ
 μὴ τε διαρρῖνειν τρυφῇ καὶ χλιδῇ, τῆτο γὰρ ἀκολασία· μὴ τε
 ῥάκη περικείμενον ἀνοιδῶς βιῶν, κατὰ τὰς κυνικὰς τῶν φιλοσό-

Val. 214.

apte & concinne representans de-
 corum. * *Disponet enim, inquit, ser-
 mones suos in iudicio: solers collo-
 care operam cum certitudine, atque
 uno verbo, habilis, aptus & concin-
 nus, & æquabilis, & verecundus,
 & sibi similis ac sibi constans, tam
 in maioribus, quam in minoribus
 vitæ officiis. Constitue tandem ali-
 quando tibi figuram aliquam & for-
 mam, inquit Epictetus, quam cum
 & solus es, & cum homines convenis
 observes.* Decorum autem in nulla
 actione ab honesto separatur. Nam
 quod honestum est, semper etiam
 decet. Estque ipsa natura magistra

modeste & decenter vivendi, &
 suadet alios vereri, eos qui recte
 de rebus iudicant, neque quem-
 quam offendere, negligenter &
 sordide vivendo. Injuria enim est
 & contumelia, tædio satiare so-
 cios. Oportet ergo temperatum
 & modestum hominem, primo &
 præcipue quidem, de cultu & ornatu
 animi esse sollicitum, verum tamen
 etiam in consuetudine cum aliis,
 conveniens est, rationem habere
 decori, ac neque luxu & deliciis
 diffluere, hoc enim lascivum &
 improbum: neque pannis obli-
 tum impudenter vivere, ut Cynici,

* Pl. III, 5.

Φων, τὴτο γάρ ἐστι διαφρήδην ἀσχημονέν εἰς ἅπαν τὸ ἀνθρώπων. διὸ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ ἐκάλυπεν ὅποσα αἰσχροὶ Φοίνεθαι. εἶνοι δὲ τὸ ἐξρουπῶθαι τὸ σῶμα ἐν ἀρετῆς μέρει λογίζονται, ἐκ ἐνότες ὅτι τὸ καθαρόν πανταχῶ κόσμον, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀλόγοις τῶν ζώων. τῶ δὲ ἀνθρώπων πολλῶ μᾶλλον ἐπιπρέπει τὸ καθαρίως καὶ εὐσχημόνως ἀναστρέφεσθαι. αἱ τε ἄλλαι ἀρεταὶ εἰ ἐρημοὶ εἶεν εὐκοσμίας, μετέχουσι πως θηρωδίας, τῇ τε ἐπιπολαζέση ἀυχμηρότητι πέρρω ἐαυτῶν φυγαδεύουσι τὰς μετὰ ἀνθρώπων ἀνθρωπίνως βυλομένους ὀμλεῖν. τὸ γὰρ ἀδρανὲς καὶ ἀπαλόν, πῶς ὑποίσει ἀκρατον, καὶ ὡς ἔπος εἰπέν, ἀπηγρωμένη ἀρετὴν; καὶ τὰ γλυκυτάτες φέροντα καρπὸς δένδρα τὸν ἀπὸ τῶν φύλλων κόσμον προσίεται, φυλλορρόησαντα δ', ὀλίγως εὐρίσκει θεατάς. μὴ ἀμελείτω ἄρα ἡ σωφροσύνη καὶ τῶ ἐξω κόσμῳ. κύριον μένοιγε αὐτῆς ἔργον ἐν τῇ ψυχῇ διαπονήθαι, καὶ τὰ ἐαυτῆς πράττειν, τὰς λοιπῶσας ἐπιθυμίας κατασέλλεσαν. καὶ εἰνοὶς μὲν (ὡς καὶ πυθαγορείοις) τὸ ὑπὸ τῶν παθῶν βιαζόμενον ἀπολοιδάινειν, ἡμιτελής εἶδοκει κακία, καὶ ἡμιτελής ἀρετὴ ἢ κατὰ τῶν παθῶν νίκη.

hoc enim plane est, agere inhoneste & indecore coram omnibus hominibus. Quapropter etiam ipsa natura contexit & abdidit ea quæ adspectum essent deformem ac turpem habitura. Nonnulli autem fordido esse corpore, in virtutis parte reputant, nescientes quam munditia ubique deceat, etiam in animalibus rationis expertibus. Sed hominem multo magis decet munditia modestia & honestus in vita communis cultus. Ceteræque virtutes, destitutæ modestia & decore, participant quodammodo de feritate, atque inherente squalore suo longe a se fugant eos, qui cum hominibus

volunt humano more vivere. Infirmiores enim & teneriores quomodo perferent meram, & ut ita dicam, & efferatam virtutem? Atque etiam arbores quæ dulcissimos turgent fructus, ornatum quoque foliorum induunt; ubi autem folia eis defluxere, paucos inveniunt spectatores. Non igitur debet negligere temperantia nec exteriorum cultum atque ornatum. Proprium tamen ejus est negotium in anima elaborare ac munere suo fungi, rabiosas cupiditates sedando. Ac nonnulli quidem, (sicut etiam Pythagorei) putarunt, labi violentia affectuum impulsum, esse dimidiatum vitium, & affectus vincere,

ἡ αἰ δὲ τοιαῦται διαθέσεις τὰς ψυχᾶς, ἡμιτελεές μὲν ἀρετῶν, ἡμιτελεές
 ἢ δὲ κακῶν τυγχάνοντι. ἀλλὰ τὸ μὲν εἴοτε συγγνώμῃ ἀπομένει τοῖς
 ἀτυχία φύσεως εἰς ἀπόλαυσιν ἡδονῶν ὑποσυρομένοις, ὡς καὶ τισι τῶν
 περὶ ἠθικῆς θεολογίας διελθόντων δοκεῖ, ἵσως ἔχει λόγον, ἅτε μὴ
 ὀλοχρεῶς συγκατατιθεμένε τῆ νοός· τὸ δὲ κατὰ τῶν μαινομένων
 παθῶν γεναιότητι καὶ μεγαλοψυχία τρόπαον ἀραδαί, πῶς ἡμι-
 τελὴς ἀρετῆ; καὶ ποία ἂν εἴη τέλειότερα νίκη τῆς κατὰ τῶν εἰσαίρον-
 των παθῶν; ἐπίσης δὲ ἢ τε προπέτεια καὶ ἰταρότης, τό, τε βράθυμοι
 καὶ ἡμελημένοι πόρρω σωφροσύνης εἰσίν. ἐκέν ὑπεργέτω τὰ πάθη
 τῶ λογισμῶ, μὴ τε προτρέχοντα καὶ κατεξανιστάμενα, μὴ τε κατόπιν
 ἀπολειπόμενα, ὥστε ἐκ ἔχειν ἐν δέοντι λειτουργῆσαι τὰ προσήκοντα. καὶ
ἀσφαλῶς καὶ βεβαίως ἀγαθὸν, ἐνεργῶν εἶναι καὶ δραστήριον ἐν δέοντι, ἀκριβῆντα τὰς τῆ καθήκοντος ἀριθμὸς κατὰ τὸν εἰπόντα. ἔδει γάρ με εἶναι ἀπαθῆ, ἔλεγεν ὁ Ἐπίκτητος, ὡς ἀνδριάντα, ἀλλὰ τὰς ἡμέρας τηρῆντα τὰς φυσικὰς καὶ ἐπιθέτας, ὡς εὐσεβῆ, ὡς υἱὸν, ὡς ἀδελφὸν, ὡς πατέρα, ὡς πολίτην. εἰ γὰρ τῆ καλῆ καὶ δικαίᾳ τὸ ἀγαθὸν ἑτερόν ἐστί, φησιν, οἴχεται καὶ πατὴρ, καὶ ἀδελφὸς, καὶ πάντα τὰ πράγματα. ὥσπερ δὲ τὸ ἀμνημονῶντα θεῶ, τὴν τε ἐπίμωμον καὶ ἀποτρόπαμον φιλαντίαν ἀσκῶντα, ἔρημον ἀγαθότητος ἀρετὴν μετιέναι, ἕξις τις ἂν εἴη πολιτικῆ, νόθον καὶ ἀμαυρὸν ἀρετῆς εἰδωλον, ἐπὶ γῆς συρόμενον, φύρον τε καὶ φυρόμενον, ἕτως ἕξ ἐναντίας ἀγαθότης ἔρημος φρονήσεως, δικαιοσύνης, ἀνδρείας, σωφροσύνης, καὶ τῆς ἄλλης χρυσοῦς τῶν ἀρετῶν σειρᾶς, ὄνομα κενὸν ἀρετῆς, τῶντι δὲ ἀφελῆς καὶ ἀπερῆμιμένης ψυχῆς διάθεσις. ὁ γὰρ τῆ ἀληθείᾳ καλὸς κάγαθος, θεῶ μιμητῆς ἐστίν, ἐν τε τῷ σαδίῳ τῆ βίᾳ ἀγωνιζόμενος ἢ διαλείπει, ἐφ' ᾧ ἀρέσαι θεῶ. ἕτος γὰρ ἀσφαλῆς κανὼν ἐπὶ θήρᾳ καὶ κτήσει βεβαίως ἀρετῆς, τὸ ὁλοκληρῶς ἐπεσθαι τῷ θεῶ.

Oportet itaque vere & constanter bonum probumque esse actuosum & efficacem ubi opus, accurate ex-
 plentem numeros officii, ut ille ait. *Non enim oportet me esse sine affectu, dicebat Epicureus, instar statuae, sed observare relationes naturales & adventitias, ut hominem pium, ut filium, ut fratrem, ut patrem, ut civem. Si enim diversum a justo est bonum, inquit, evanescit & pater & frater, & quidvis aliud.* Quemadmodum autem, obliviscendo Deum, atque vituperabilem ac detestandum sui amorem exercendo, destitutam probitate virtutem proficui,

habitus foret quidam politicus, adulterinum & obscurum virtutis simulacrum, humi repens & turbulentum } ita e contrario probitas carens prudentia, justitia, fortitudine, temperantia, reliquaque aurea virtutum catena, inane virtutis est nomen, revera autem simplicis & abjectæ animæ affectio. Nam vere bonus & probus Dei est imitator, inque curriculo vitæ certare non desinit, ut placere Deo possit. Hæc enim in sectanda & acquirenda virtute, certa est regula, Deum scilicet sequi omni conatu.

Ἔσαι δὴ συνελόντι Φᾶνα ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, ἀπλῆς, ἀδολος, πιστὸς, ἀληθής, φανερός, εὐκρινής, ἀπλατος μετ' εὐλογίας, φρενῶν μετὸς, ἀνεξαπάτητος, ἀκώλυτος, ἀπαραπόδιτος, εὐδίοδος, μνήμων τῶν δέοντων καὶ ζυμφερόντων, μὴ τε πολυζήμιων, μὴ τε πολυπράγμων, εὐπνης, ἰλεως, εὐμενής, συνηρισμένος, ἠσυχίος, ἐν καρεῶν θερμαργός, ζήλος ἐμπλεως, δικαιοσύνη ἅμα καὶ ἐπιεικεία βεβαμμένος εἰς βάθος, πάσης ὑβρεως ἀνέπαφος, μεγαλόφρων, ἀνδρείος, μεγαλόψυχος, οἰκονομικὸς ἀνευ ῥυπαρίας, πολιτικὸς ἀνευ κακουργίας, εἰδὲν ἐν τῇ ψυχῇ πῶδες ἔχων, εἰδὲν σαθρόν, εἰδὲν ὑψηλόν, σώφρων, κόσμιος, αἰδήμων, καθαρὸς, λαμπρὸς, αὐτάρχης, ἐλευθέριος, ἐνὶ λόγῳ, ὑγιής, βέβαιος, ἀκέραιος, πάσους γραμμαῖς ἀπηκριβωμένος τὴν εἰκόνα τῆς ψυχῆς. πρὸ πάντων, δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσι θεοφιλής, φιλεῖ δὲ καὶ ἑαυτὸν. μετὰ γὰρ τὴν εἰς θεὸν ἀγάπην, ἔξῃ ἐκάστῳ νόμῳ φύσεως φιλεῖν ἑαυτὸν. ἔσαι ἄρα τὴν κατὰ τὸ καλὸν αἴρεσιν φίλαυτος, τὴν δὲ εἰς μόνον τὸ συμφέρον τῷ σώματι φιλαυτίαν ἐκ ἔσαι ὁ ἐπιεικὴς φίλαυτος, ἀλλ'

Μᾶρκι
Αΐτ.

Est autem summam indicando, vir bonus & probus, simplex, sine dolo, fidelis, verax, apertus, sincerus, non fictus cum bona ratione, cordatus, haud facilis deceptu, per obstacula & impedimenta facile viam sibi aperiens, necessaria & utilia non obliviscens, nec loquax neque curiosus, tranquillus, placidus, benevolens, compositus, sedatus, ubi opus fervidus in agendo, plenus zeli, iustitia pariter & aequitate penitus imbutus, ab omni injuria immunis, animosus, fortis, magnanimus, in re familiari sine sordibus, in Rep. sine fraude &

scelere, nullam in animo habens purulentiam, nihil corruptum, nihil subdolum, temperatus, modestus, verecundus, mundus, splendidus, sibi sufficiens, liberalis, uno verbo, bene sanus, constans, integer, omnibus numeris absolutam habens animæ imaginem: ante omnia vero & post omnia Deum amans; seipsum tamen itidem amans. Namque post amorem erga Deum, licet cuivis jure naturæ seipsum amare. Erit igitur sui amans vir bonus in electione honesti, sed in corporeis commodis sibi non placebit, nisi malus

ὁ Φαῦλος. ἔ δὲ γὰρ ἀπονέμει ἑαυτῷ τὸ πλεον ἐν χρήμασι, καὶ τιμαῖς, καὶ ἡδοναῖς, ἔδ' ὑπενδίδωσι τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς μέρει πλεονεξίας μετὴν Φιλαυτίαν αἰσθόμενος, ἀλλ' ὅλως σπυδαῖζει τὰ δίκαια πράττειν αὐτὸς μάλιστα πάντων, καὶ τὸ καλὸν ἑαυτῷ περιποιεῖται, καὶ χαρίζεται ἑαυτῆ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάντα τέτω πείθεται, καὶ περὶ τὰς καλὰς πράξεις ἀμιλλᾷται, τὰ κάλλιστα διατετινόμενος πράττειν κοινῆ τε καὶ ἰδία ἐκάσῳ, τῆς τε ἀξιαγάσας ταυτησί Φιλαυτίας, καὶ αὐτὸς ὀνήσεται, καὶ τὸς ἄλλος ὠφελήσει, γενναίως καὶ κοσμίως οἷσι πενίαν, καὶ πλεῖτος ἐὰν βῆ ἔ προσίθεται καρδίαν, ἀλλὰ μετρίως καὶ ἄνευ μώμης οἰκονομήσει τὰ ὄντα, ἔτε ὑπὸ χρημάτων, ἔτε ὑπὸ δόξης ἠτῶμενος, πάντοτε δὲ τὸ σῶφρον καὶ ἀπερίτρεπτον διατηρῶν, καὶ ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς πέλας κατὰ τὸ δέον προσφερόμενος, καὶ ὡς λόγος ἀρεῖ, καὶ ὡς ἀρέσκει Θεῷ διοικῶν τὰ προσπίπλοντα. ὑπὸ γὰρ τῆς συνειδήσεως ὀρίζονται, καὶ εἰδοποιεῖνται, καὶ περαινόνται, καὶ διακριβένται, αἱ τῶν ἀνθρώπων πράξεις, καὶ καμρὸς τῷ παντὶ πράγματι. ὁ Καὶν ἐφόνευσε τὸν Ἄβελ, καὶ τρέμων

& improbus. Neque enim vir bonus potiorē partē sibi tribuit lucri, honorum & voluptatum, neque cedit irrationali animæ parti, amorem sui nimium sibi sumentem amplectendo; sed studet omni contentione agere quod sit justum, sibi que decus honestatis acquirit, & gratificatur principali sui parti, eique obsequitur in omnibus, & contendit actionibus honestis, pulcherrimis factis & publice & privatim cuius probare se nitens. Atque ex hoc laudabili amore sui, cum ipse utilitatem capiet, tum aliis emolumento erit.

Fortiter & moderate feret paupertatem. Divitiæ si affluent, cor eis non mancipabit; sed moderate & citra reprehensionem dispensabit facultates, neque opibus nec honori succumbens, semper modestiam & constantiam servans, atque tam erga seipsum quam erga socios decenter se gerens, rationique convenienter, & ut Deo placet obvia quævis adminiftrans. Dictamine namque conscientie determinantur speciemque certam accipiunt, & consummantur & accurate discernuntur actiones hominum, omniaque tempus habent. Cain occidit Abel, & tre-

καὶ σέβων ὡς ἀλάστωρ ἐν τῇ γῆ περίεστιν. ὁ Δαβὶδ Φονεύσας τὸν
 Γολιάθ, καὶ θεῖα ψήφω τιμᾶται, καὶ μυρίας γλάσσους ἐψημῖται
 καὶ γεραίρεται. Ἡρώδης τεμῶν Ἰωάννη τὴν κεφαλὴν, ζηλιτεύεται,
 ὁ δὲ Πέτρος Ἀνανίαν καὶ Σαπφείραν λόγῳ νεκρώσας, ὡς ζῆλος θεῖος
 μεσὸς ἐπαινεῖται. αἱ μὲν τρυφῶσαι γυναικες ἐλέγχονται δι' ἐσθήτων
 πολυτέλειαν, ἰσθῆθ' δὲ τὸ ἐμφυχον τῆς σωφροσύνης ἀγαλμα, ἐαυ-
 τὴν ὑπὲρ πατρίδος περιτῶς καλλωπίσασα, βραβεῖον ἀπηνέγκαστο
 τὴν Ὀλοφέρνης κεφαλὴν. μακάριοί ἐσέ, φησιν, ὅταν ὀνειδίσωσιν
 ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὅταν διώξωσι, καὶ ἀφορίσωσι, καὶ ἐκβάλωσι
 τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς ποιητῶν, ἀλλ' ἔνεκεν ἐμῶν. διάθεσιν γὰρ ἀγαθὴν
 ἠγάπημα ἔναί, φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, ἐπιθυμίαν τῆς πρὸς θεὸν
 εὐαρεσθήσεως σφοδρὰν, καὶ ἀκόρετον, καὶ πεπηγῶν, καὶ ἀμετά-
 σκετον.

Luc. κη' ε'.

Τῆτο δὴ ἔσω τῶ ὄντως καλῶ καὶ ἀγαθῶ κακῶν ἀπαράτρεπτος,
 τὸ πάντοτε λέγειν τε καὶ πράττειν τὰ ἀρέσκοντα θεῶ, ἃ γε καὶ ὑπὸ
 τῆ ὀρθῆ λόγῳ πρόδηλα γίνετα, καὶ ὑπὸ τῆ φωτὸς τῆ θεῖα νόμῳ
 ἐλλαμπομένοις, καὶ μὴ ἔκοντι τυφλώτῃσι λαμπρῶς ἀναφάνετα,

mens atque gemens tamquam dirus
 in terris obambulat. David necato
 Goliath, & Divina honoratur sen-
 tentia, & innumeris linguis celebra-
 tur atque glorificatur. Herodes
 quod Joannis caput abscidisset, no-
 tatur & damnatur. Contra Petrus
 qui Ananiam & Sapphiram verbo
 interemit, tamquam zeli plenus
 laudatur. Luxuriantes in vestibus
 pretiosis mulieres reprehendun-
 tur; ast Judith vivum illud pud-
 icitiæ simulacrum, cum eleganti-
 ore cultu sese ornasset pro pa-
 tria, brabeum abstulit Holopher-

nis caput. *Beati eritis, inquit, cum
 probris vos affecerint homines, & cum
 persecuti fuerint, cum vos separaverint,
 cum ejecerint nomen vestrum
 tamquam malum, sed propter me.
 Dispositionem enim bonam esse arbi-
 tror esse, inquit magnus Basiliius,
 cupiditatem Deo complacendi vehe-
 mentem, & insatiabilem, & fixam
 atque immobilem.*

Luc. 6, 22.

Hæc ergo sit viro vere bono regu-
 la immota, ut semper dicat & agat
 quæ Deo placeant: quæ quidem &
 rectæ rationi sunt perspicua, & lu-
 mine divinæ legis illustratis neque

ἀλλ' εὐχῆς δὲ καὶ πόνου. τοῖς γὰρ ζητῶσι καὶ ἐργαζομένοις τὰ «
καλὰ, πάντως συνεπιλαμβάνεται τὸ Θεῖον· τὸ δὲ ἀεικείμενον, καὶ «
ἀναπεπληκός, καὶ χαῦνον, πόρρω Θεῷ. καὶ ἐποίησεν Ἐζεκίας τὸ «
καλὸν, καὶ τὸ εὐθεῖς, καὶ τὸ ἀληθές ἐναντίον Κυρίου τῷ Θεῷ αὐτῷ, «
καὶ ἐν παντὶ ἔργῳ ᾧ ἤρξατο ἐν ἐργασίᾳ ἐν οἴκῳ Κυρίου, καὶ ἐν τῷ «
νόμῳ, καὶ ἐν τοῖς προσάγμασι ἐξεζήτησε τὸν Θεὸν αὐτῷ ἐξ ὅλης «
ψυχῆς αὐτῷ, καὶ ἐποίησε, καὶ εὐοδώθη. ὁ δὲ σπείρων Φειδομένως, «
Φειδομένως καὶ Θερίσει.

Οὐκ ἐστὶ δὲ ἰκανὴ τοῖς ὑπιάζουσιν ἀπολογία ἡ ἀπλότης καὶ τὸ
αἰμέριμον. ἀπλότης γὰρ ἐπῆνθει τῷ πατριάρχῃ Ἰακώβ καὶ ἀπλε-
τος ἀγαθότης, ἀλλ' ἀνεκέκρατο ἐξασιῶ φρονήσει, ἣ γε διαβρῆδην
ἀναλάμπει διὰ παντὸς αὐτῷ τῷ βίῳ. ἀπλῆς, καὶ ἀμνηστικῆς,
καὶ φιλάνθρωπος, καὶ ἐπὶ καλοκάγαθία περιβλεπτός ἦν ὁ γενῆσις
Ἰωσήφ, ἀλλ' ἐκ ἡμέλει τῶν δέοντων, ἐφρόντιζε πατρός, ἀδελφῶν,
παντὸς τῷ ἀπογόνῳ φύλα, ἀπεδίδα καὶ τῷ Φαραῶ τὰ καθήκοντα,
λύων φρονήσει καὶ προμηθείᾳ λιμὸν, καὶ πολιτικαῖς περιουσίαις ἐ-
μόνον πλῆτον αὐτῷ ποριζόμενος, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀσφαλεστέραν εὐπί-

cæcutientibus patescunt; sed oran-
dum & laborandum. Quærentibus
enim & operantibus bonum omni-
no coadjutor est Deus. At remissio
& animi abjectio & laxitas procul a
Deo. *Operatusque est Ezechias bo-
num & rectum & verum, coram Do-
mino Deo suo, in universa cultura
ministerii domus Domini, juxta legem
& ceremonias, volens requirere Deum
suum in toto corde suo, fecitque, &
prosperatus est. Qui autem parce se-
minat, parce & metet.*

remissis excusatio, simplicitas & in-
curiositas. Simplicitas enim inerat
patriarchæ Jacob & ingens bonitas,
sed temperata singulari prudentia,
quæ quidem plane elucet in tota
ejus vita. Simplex, malorum obli-
viscens, & humanus, & probitate
conspicius erat generosus ille Jo-
seph; sed necessaria non negligebat:
patris curam agebat, fratrum, omnis
posteritatis. Reddebat etiam Pha-
raoni officia, dissolvens prudentia
& providentia sua famem, ac poli-
tica sagacitate non solum opes sibi
acquirens, sed etiam ad certiore

Non est autem idonea supinis ac

παραλ. β'.
κεφ. λδ.

Παύλ. κοριν. β'.
κεφ. β'.

2. Paral. 31, 21.

Paul. 2. Cor.
9, 6.

Θεῶν συνελαύτων τὸ ὑπήκουον. ἡ γὰρ ἀρετὴ ἀρχικόν ἐστὶ χρῆμα,
 ὡς ὁ ἱερεὺς Ἰσίδωρος περὶ τῶ ἀγιωτάτε καὶ πολιτικωτάτε ἰωσήφ
 11 Φησιν. ἀρετῆς γὰρ καὶ φιλοσοφίας ὄρος τὸ μετὰ συνέσεως ἀπλαστον.
 11 καὶ ὁ θεὸς Μακάριος, καὶ γὰρ οἱ χρηστοὶ κατὰ φύσιν, φησὶν, εἰάν
 11 μὴ ἀσφαλίσωνται, κατὰ μικρὸν δι' αὐτῆς τῆς χρηστότητος ὑποσύ-
 11 ρονται. καὶ πάλιν, δεῖ ἔν ἐν πᾶσι τοῖς μέρεσι συγκεκραμένον εἶναι
 11 τὸν ἀνθρώπον, τὸ χρηστὸν μετὰ τῶ ἀποτόμῃ, τὸ σοφὸν μετὰ δια-
 11 κρίσεως, τὸν λόγον μετὰ τῶ ἔργῳ, τὸ ὄλον, πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον,
 11 καὶ μὴ ἐφ' ἑαυτόν. ἡ γὰρ ἀρετὴ διὰ πολλῶν ἀρτυέται, καὶ ἔ μόνον
 11 διὰ μέλιτος, ἀλλὰ καὶ πεπέρεως. καὶ ὁ θεοφόρος Ἰγνατίος, διὰ
 11 τῆτο σαρκικὸς εἶ, φησι, καὶ πνευματικὸς, ἵνα τὰ φαινόμενά σε εἰς
 11 πρόσωπον κολακεύῃς. εἰς τῆτο ἴσως ἀντιβόμενος, ὅτι μετὰ συνέσεως
 δι' ἑνὲν ἕλασος ὀφείλει τὰ ἀνήκοντα εἰς τὸν πνευματικὸν καὶ σωμα-
 τικὸν βίον, ὡς ἀπαυτῆ ὁ καιρὸς, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων κατάστα-
 σις. ὡς ἐρμηκῆϊα εἶναι καὶ τῆτο τῶ φρόνιμος εἶναι ὡς ὁ ὄφεις, καὶ
 τῶ, μὴ γίνεσθε ἄσοφοι, ἀλλὰ σοφοὶ ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν.
 κατωτέρω γὰρ ὁ αὐτὸς θεὸς ἀνὴρ φησι, τὴς καιρὸς καταμάνθανε.

β. β. β. 3.
 ἐπι. 64.

obedientiam compellens subjectos. Virtus enim res est imperatoria, ut sanctus Isidorus de sanctissimo & summo politico Joseph inquit. Virtutis enim & philosophiæ apex est candor cum prudentia conjunctus. Et divus Macarius, Probi enim suaapte natura nisi sese muniant, paulatim per ipsam probitatem supplantantur. Ac rursus: Oportet igitur ex omni parte temperatum esse hominem, benignitatem asperitate, sapientiam discretionem, sermonem opere, in summa considerare in Dominum, & non in seipsum. Plura enim

sunt condimenta virtutis, nec solum mel, sed & piper. Et Ignatius theophorus, Idcirco carnalis es, inquit, simulque spiritualis, ut apparentibus in faciem blandiaris. Id fortasse innuens, prudenter quemque debere dirigere ea quæ ad spiritualem quæve ad corporalem vitam pertinent, prout tempus postulat rerumque status. Ut & hoc quasi interpretamentum sit illius, Prudentem esse sicut serpentem: nec non illius, Ne sitis insipientes, sed sapientes, redimentes tempus. Inferius enim idem vir sanctissimus ait, Tempora considera.

διὰ

ἀντι. κει. ζ.
Γοσιμ. βιβλ. δ.
ἐπικ. ρλί.

διὰ τῆτο ὁ πρόφήτης, ἦν Ἐφραΐμ, φησιν, ὡς περιτερά ἀνός, ἔκ «
ἔχιστα καρδίαν. εἰ γὰρ τὸ ἀκέραιον καὶ ἀκακότητες προσέταξεν α
ὁ δεσπότης μιμῶσθαι τῆς περιτεράς, ἀλλὰ τὸ ἀνόητον ἐκκλίνειν χρεῖ. α
εἰ γὰρ καὶ μὴ βλάβησιν χρεῖ, ἀλλ' ἔδ' εἰς τὰ καίρια βλάβησθαι α
προσῆκει. καὶ ἀλλαχῆ, ἔτε ἀλαζόνα εἶναι χρεῖ, ἔτε κόλακα, α
ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν κακιῶν τῶτων τὴν ἀμετρίαν κολάζοντα, ἐλευ- α
θέρειον εἶναι, μὴ τε εἰς αὐθάδεια ἀποκλίνοντα, μὴ τε εἰς δαλοπρέ- α
πειαν καταπίπνοντα. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς σοφίας καὶ συνέσεως ἐς α
ἄκρον ἐληλακῶς θεῖος πατήρ. ἐγὼ εἰ καὶ παράδοξον εἶναι δοκῆι τὸ α
ῆθητόμενον, μεγαλοφροσύνην τὴν μετὰ λόγῳ φρόνησιν εἶναι ἐρίσο- α
μαι. ἔ γὰρ εἰ τις μὴ εἰη κόλαξ, τῆτον ἀλαζόνα γραπτεῖον, εἰ δ' εἰ α
τις κόλαξ εἰη καὶ ἀγενής, τῆτον μετρίφρονα νομιζέον, ἀλλὰ τὸν α
τὰ πρέποντα μὲν πράττοντα, μὴ φουσάμενον δὲ κατὰ τῶν πέλας, α
μὴδ' αὐτὸν ὑπερτιθέοντα ἀπάντων, ἀλλ' ἐν τῇ προσήκῃσῃ τάξει α
τῇ ἐλευθέρῳ προέβῃσῃ ἑαυτὸν φυλάττοντα. μεγαλόψυχον μὲν α
γὰρ εἶναι χρεῖ, ἔκ ὑπερήφανον· ἀνδρείον, ἔ φρασύν· ἐπικειῆ, ἔ α

βιβλ. γ.
ἐπικ. τοδ.

βιβλ. γ.
ἐπικ. ρεβ.

Osea 7, 11.

* 3. Epist. 264.

Isid. 4. Epist.

137.

3. Epist. 379.

Idcirco Propheta Erat, inquit, Ephraim quasi columba amens, non habens cor. Esi enim simplicitatem columbae quae est sine malignitate imitari nos iussit Dominus: tamen stoliditatem ejus fugere oportet: Quamquam enim ledere neminem oportet, tamen neque lethales accipere plagas ab aliis convenit. Et alibi: Neque vanum & arrogantem esse oportet, nec adulatorem; verum utriusque hujus vitii excessum coercendo liberum esse: ita ut nec in insolentiam quis declinet, neque in servilem vilitatem prolabatur. Ac rursus idem ille ad summum prudentiae & fa-

pietiae provectus pater sanctissimus: * Ego, etsi mirum esse videatur quod sum dicturus, μεγαλοφροσύνην, i. e. magnanimitatem, statuo esse φρόνησιν μετὰ λόγῳ, i. e. sensum animi rationalem. Non enim, si quis assentator non sit, is arrogans judicandus: neque si quis adulator sit & vilis, hic pro modesto habendus: sed is qui faciens consentanea, non inflatur adversus alios, nec seipsum omnibus anteponit: verum in eo gradu atque ordine qui ingenuos decet, seipsum continet. Magnanimum enim esse oportet, non superbum: fortem, non temerarium: suavem ac faci-

ἢ δειλόπρεπῆ. μετρίφρονα, ἔ ταπεινοφροσύνην ὑποκριόμενον. ἔλευ-
 ἢ θείον, ἐκ ἀνδραποδάδῃ, οἷος ἦν καὶ ὁ Θεοφίλης Ἀβραάμ. ὃς
 ἢ λαφύρων μὲν ὑπερεφρόνει περσικῶν, καὶ σκύλων βαρβαρικῶν,
 ἢ ξεινοδοχῶν δὲ, ἀπάντων ταπεινότερος ἦν, τὰ οἰκετῶν διαπρατρίμε-
 ἢ νος, καὶ θείας ὀμιλίας ἀξιόμενος ἔλεγεν, ἐγὼ εἰμι γῆ καὶ σποδός.
 ἢ τῆτό ἐσιν ὡς ἀληθῶς συναγαγεῖν εἰς ταυτό μετριοφροσύνην, καὶ
 ἢ ταπεινότητα, καὶ ὕψος. καὶ τῆτό ἐσιν ἐλευθεριότητα δεῖζαι ὑπερη-
 ἢ φανίας ἀπηλαγμένην. οἱ δὲ ταῖς κακίας τὰ τῶν ἀρετῶν ὀνόμα-
 ἢ τα περιτθίνετες, καὶ ταῖς ἀρεταῖς τὰ τῶν κακιῶν, καὶ πάντα
 ἢ χρέματα μὴ γνῶντες ἵνα ἡ ἀρετὴ δυσδιάγνωτος γένηται, αὐτὴν τὴν
 ἢ ἀρετὴν ἐξορακίζεν μοι δοκῶσι.

Τὸ δὲ ἐν κόσμῳ εἰσέτι εἰλέμενον ἀπλότητος προφάσει περὶ
 τὴν οικονομίαν φασίμως ἔχεν, ἀρρώστημα διανοίας ἐσιν. ἔ δὲ γὰρ
 ἔ πλῆτος κακόν, ἀλλὰ τὸ προστετηκότα τῷ πλῆτῳ ἀμνημονεῖν
 Θεῷ. καὶ ἔ μόνον Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ ἕτεροι
 τῶν θείων πατέρων πλῆτῳ περιφθρόμενοι, καὶ ἀξιώματι Φαυδου-
 νόμενοι ἤσκειν νεανικὴν ἀρετὴν ὁσημέραν ὀμιλεῖντες Θεῷ, ἀλλὰ καὶ ἐν

*lem, non abjectum & vernilem: modestum, non humilitatis simula-
 torem: ingenium & liberalem, non servilem. Qualis erat & Abraham
 ille pius Deoque gratus, qui Persicas quidem manubias & spolia bar-
 barica contemnebat, in excipiendis autem hospitibus, omnium erat hu-
 millimus, servilia munia exequens: atque cum ad divinum colloquium
 admitteretur, dicebat, Ego sum terra & cinis. Hoc vere est modestiam &
 humilitatem & sublimitatem in unum colligere: hoc est ingenuitatem a su-
 perbia puram demonstrare. Contra qui vitiis virtutum, & virtutibus*

vitiorum nomina imponunt, omniaque permiscunt, ut virtus egre internosci queat, virtutem ipsam meo quidem iudicio, velut in exilium mittunt.

Ceterum versantem adhuc in hoc mundo simplicitatis pretextu res domesticas segniter administrare, imbecillitas mentis est. Neque enim divitiæ sunt malum, sed divitiis affixum immemorem esse Dei. Ac non solum Abraham & Isaac & Jacob, alique ex sanctissimis patri- bus, opibus circumfluentes, & dignitatibus ornati, exercebant masculam virtutem, quotidie cum Deo conversantes; verum etiam in

Ματθ. κη. α.

τῷ καινῷ νόμῳ τὸ ἐπὶ ἀνεπιμώμοις ὠφελείας ἑαυτῆ τε καὶ τῆ πλησίον χρῆσθαι τοῖς ἔσθω, οἰκονομῆντα καὶ διατῶντα ὡς Θεῷ φίλον, ἐφέταται. τῷ γὰρ γυμνῇ τῇ ψυχῇ ἐς Θεωρίαν ἰπταμένῳ ὑποτίθεται ὁ Φιλάνθρωπος δεσπότης πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα. πώλησέν σε γάρ, Φησι, τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. τὸ δὲ ἐκλικμήσαντα τὰ ὄντα μὴ ἀκολούθησαι τῷ ἑρανοῖς Θεσπυροῖς πλετύζοντι βασιλεῖ, καὶ διὰ τῆς ἐπὶ γῆς ἀκτημοσύνης ἀναπεταυῖντι τὰ ἀπάντων ταμῆα, μαυνομένῳ ἂν ἔη, καὶ μηδαμῶς καθικνωμένῳ τῆ νῆ τῶν θείων λογίῳ. ὁ δὲ ἐλλογιμώτατος καὶ πολυτίμων Κλήμης, ὁ ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρείαν ἐκκλησίας γεγωνὸς ἱερεὺς, ἀπὸς ἀρχαιότατος, καὶ ἔ μακρὰν τῶν ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων, ἐν τῷ ἐπιγεγραφομένῳ λόγῳ, τίς ὁ σωζόμενος πλάσιος; πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτά Φησι. τί τοίνυν ἦν τὸ προτρέψόμενον αὐτὸν εἰς φυγὴν, καὶ παῖσαν ἀπαιτομολῆσαι τῆ διδασκαλίᾳ, τῆς ἰουσίας, τῆς ἐλπίδος, τῆς ζωῆς, τῶν ἡ προπεποιημένων; πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σε. τί δὲ τῆτό ἐστιν; ἔχ ἂ προχέρως δέχονταί τινες, τὴν ὑπάρχουσαν ἕσταν ἀπορρίψαι ἡ

Ματθ. ιγ. 27.

■ nova lege ad inculpatas commoditates & suas cujusque proximi, opibus uti, administrando & dispensando ut Deo gratum, permittitur. Eum enim qui nuda anima in contemplationem subvolat clemens Dominus jubet vendere substantiam: *Vende, enim, inquit, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me.* Non autem sequi, eventitatis opibus, regem cœlestibus thesauris ditantem, ac per inopiam in terris, patefacientem omnium promptuariorum, infani esset, minimeque affluentis mentem divinorum oracu-

lorum. At differtissimus ille & multiscius Clemens, sanctissimus Alexandrinorum Ecclesiæ sacerdos, vir antiquissimus, non longe ab temporibus Apostolicis, in sermone qui inferibitur, *Quis dives salvus?* inter alia hæc etiam dicit: *Quid igitur erat quod ei fugam suaserat, desertoremque fecerat Magistri, intercessionis, spei, vitæ, & profectuum quos fecerat? Vende quæ habes. Quid hoc sibi vult? Non, ut aliqui nimis prompte accipiunt, substantiam & opes abjicere jubet, pecuniasque missas facere; sed opiniones de divi-*

προσάσ-

ἢ προσάσσει, καὶ ἀποσῆναι ἀπὸ τῶν χρημάτων, ἀλλὰ τὰ δόγματα
 ἢ περὶ χρημάτων ἐξορίσαι τῆς ψυχῆς, τὴν περὶ αὐτὰ πρίαν, καὶ
 ἢ νόσον, τὰς μερίμνας, τὰς ἀκάνθας τῆ βίης, αἱ τὸ σπέρμα τῆς
 ἢ ζωῆς συμπνύγῃσιν. ἔτε γὰρ μέγα καὶ ζηλωτὸν τὸ τηράλλως ἀπο-
 ἢ ρεῖν χρημάτων μὴ ἐπὶ λόγῳ ζωῆς, ἔτω μὲν γὰρ αὐ ἦσαν οἱ μὴδὲν
 ἢ ἔχοντες μηδαμῆ, ἀλλὰ ἔρημοι καὶ μεταῦτα τῶν ἐφ' ἡμέραν οἱ
 ἢ κατὰ τὰς ὁδὸς ἐρριμμένοι πτωχοὶ, ἀγνοῦντες δὲ Θεὸν, καὶ δικαιο-
 ἢ σύνην Θεῷ, κατ' αὐτὸ μόνον τὸ ἄκρως ἀπορεῖν καὶ ἀμνηστῆν βίης,
 ἢ καὶ τῶν ἐλαχίστων σπανίζεν, μακαριώτατοι, καὶ Θεοφιλέστατοι,
 ἢ καὶ μόνου ζωῆν ἔχοντες ἀγῶνισιν. ἔτε κοινὸν τὸ ἀπίκασθαι πλῆτον,
 ἢ καὶ χαρίσασθαι πτωχοῖς, ὃ πολλοὶ πρὸ τῆς τῆ σατήρος καθ' ὁδὸν
 ἢ πεποιήκασιν. οἱ μὲν τῆς εἰς λόγους σχολῆς καὶ νεκρᾶς σοφίας ἔνεκον,
 ἢ οἱ δὲ φήμης κενῆς καὶ κενοδοξίας, Ἀναξαγόρας, καὶ Δημόκριτοι,
 ἢ καὶ Κράτιτες.* καὶ κατωτέρω, δύναται τις ἀποφορτισάμενος
 ἢ τὴν κτῆσιν, ἔδεν ἦτις ἔτι τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ὄρεξιν τῶν χρη-
 ἢ μάτων ἔχων ἐντετηκῆεν καὶ συζῶσαν. καὶ τὴν μὲν χρῆσιν ἀποβε-
 ἢ βληκέναι, ἀπορῶν δὲ ἅμα καὶ ποδῶν ἄπερ ἐσπάθησε, διπλῆ

*iis exterminare ex animo, pavorem
 circa eas, & morbum, & curas, vitæ
 spinas, quæ semen vitæ suffocant. Ne-
 que enim magnum & mirabile est,
 gratis carere opibus sine conditione
 vitæ; sic enim illi qui plane nihil
 habent, qui destituti omnibus rebus,
 pauperes humi jacentes mendicant
 diurnum victum, Deum autem &
 justitiam Dei ignorant, hoc solo re-
 spectu, quia sunt in egestate summa,
 victusque penuria laborant, & mini-
 mis rebus egent, forent beatissimi
 Deoque gratissimi, solique haberent*

*vitam æternam. Nec novum est ab-
 dicare divitias, & donare pauperi-
 bus, id quod multi ante Salvatoris
 adventum fecere: partim ut studiis
 vacare possent & mortuæ illi sapien-
 tiæ, partim inanis gloria vanaque
 fama causa, Anagora, & Democriti,
 & Cratetes. Inferius etiam: Potest
 quis exonerata possessione nihilominus
 adhuc retinere desiderium & cupidi-
 tatem opum penitus insitam & con-
 suetam: atque usum quidem amisisse,
 egendo autem & desiderando quæ pro-
 fundit dupliciter cruciari, & commo-*

λυπαῖσθαι, καὶ τῇ τῆς ὑπηρεσίας ἀπασίᾳ, καὶ τῇ τῆς μετανοίας ἡ
 παρησία. ἀνεφικλον γὰρ καὶ ἀμήχανον, δεόμενοι τῶν πρὸς τὸ
 βιοτεύειν ἀναγκαίων μὴ κατακλᾶσθαι τὴν γνώμην, καὶ ἀσχολίαν
 ἄγειν ἀπὸ τῶν κρείττων, ὅπως καὶ ὄφειεν ταῦτα περὶ ὡμενον ἡ
 ἐκπορίζον. καὶ πάλιν, πῶς ἂν τις πεινῶντα τρέφοι, καὶ διδῶν
 τα ποτίζοι, καὶ γυμνὸν σκεπάζοι, καὶ ἄσεγον συναγοί, ἂ τοῖς ἡ
 μὴ ποιήσασιν ἀπειλεῖ πῦρ, καὶ σκότος τὸ ἐξώτερον; καὶ κατω
 τέρω, ἀποτακτέον ἂν τοῖς ὑπάρχασιν τοῖς βλαβεροῖς, ἔχῃ τοῖς, ἡ
 εἰάν ἐπισήσῃ τις τὴν ὀρθὴν χρῆσιν, καὶ συνωφελεῖν δυναμένοις. ἡ
 ὠφελῆ δὲ τὰ μετὰ φρονήσεως, καὶ σωφροσύνης, καὶ εὐσεβείας ἡ
 οἰκονομήμενα. καὶ πάλιν, ὁ μὲν ἔχων κτήματα, καὶ χρυσὸν, ἡ
 καὶ ἀργυρον, καὶ οἰκίας ὡς θεῶν δωρεάς, καὶ τῶ τε δίδοντι θεῶν ἡ
 λεπτεργῶν ἀπ' αὐτῶν εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν, καὶ εἰδὼς ὅτι ἡ
 ταῦτα κέκτηται διὰ τῶν ἀδελφῶν μᾶλλον ἢ ἑαυτὸν. καὶ κρείττων ἡ
 ὑπάρχων τῆς κτήσεως αὐτῶν, μὴ δᾶλος ὢν κέκηται, μηδὲ ἐν τῇ ἡ
 ψυχῇ ταῦτα περιφέρει, μηδὲ ἐν τέτοις ὀρίζων καὶ περιγράφων ἡ
 τὴν ἑαυτῆ ζῶν, ἀλλὰ τι καὶ καλὸν ἔργον καὶ θεῶν αἰεὶ διαποιῶν. ἡ
 καὶ ἀποστρεφθῆναι δὲ ποτὲ τέτων, δυναμένος ἴλεω τῇ γνώμῃ ἡ

eorum absentia, & penitentia pre-
 sentia. Impossibile enim est, indigen-
 tem rebus vitæ necessariis non animo
 frangi, nec potiora negligere, conan-
 tem quomodocumque & undecumque
 istas comparare. Atque rursum:
 Quomodo quis poterit esurienti cibum
 dare, sitienti potum, cooperire nu-
 dum, lecto carentem recipere, qua
 non facientibus ignem minatur &
 tenebras exteriores? Et inferius:
 Renunciandum ergo illis facultatibus
 que nocent; non illis que recto ad-
 bibito usu etiam prodesse possunt.

Profunt autem, que prudenter & mo-
 derate & pie dispensantur. Ac rursum:
 Qui habet possessiones & aurum &
 argentum & domos, ut Dei munera,
 Deoque largitori ab illis servit ad ho-
 minum salutem, & agnoscit se hæc pos-
 sidere propter fratres magis quam
 propter seipsum, quive qua possidet sibi
 subjicit, non autem illis servit, neque in
 animo hæc circumfert, nec istis definit
 & circumscribit vitam suam, sed etiam
 bonum aliquod opus & divinum sem-
 per operatur: si que carentium ali-
 quando bis fit, potest placido animo

ἢ καὶ ἀπαλλαγὴν αὐτῶν ἐνεγκεῖν ἐξ ἴσῃ, καθάπερ καὶ τὴν περιε-
 ἢ σίαν, ἕτος ὁ μακαριζόμενος ὑπὸ τῆ κυρίας, καὶ πτωχὸς τῶ πνεύ-
 ἢ ματι λαλέμενος, κληρονόμος ἑτοιμος ἕρανῶ βασιλείας, ἐ πλάσιος
 ἢ ζῆσαι μὴ δυνάμενος. καὶ κατωτέρω, ἕτω καὶ ἀπορός τις αὐ
 ἢ καὶ ἄβιος εὐρεθεῖη ποτὶ ἂν μεθύων ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ
 ἢ χρήμασι πλάσιος, νήφων, καὶ πτωχεύων ἡδονῶν, πεπεισμένος,
 ἢ συνετός, καθαρὸς, κεκολασμένος. καὶ κατωτέρω, ἀλλ' ἕρᾶς
 ἢ σεαυτὸν ἠγώμενον ὑπ' αὐτῶν καὶ ἀνατρεπόμενον, ἄφες, ἕψιν,
 ἢ μίσησον, ἀπόταξαι, φύγε. κὰν ὁ δεξιός σε ὄφθαλμός
 ἢ σκανδαλίξῃ σε, ταχέως ἐκκόψον αὐτόν. αἰρετώτερον ἕτεροφθά-
 ἢ μω βασιλεία θεῶ, ἢ ὀλοκλήρω τὸ πῦρ. κὰν χεῖρ, κὰν πῶς,
 ἢ κὰν ἡ ψυχὴ, μίσησον αὐτήν. ἂν γὰρ ἐνταῦθα ἀπόληται
 ἢ ὑπὲρ χριστοῦ, ἐκὼ ζωογονήσεται. ἀλλ' εἰ δυνατὰί τις ἐνδοτέρω
 ἢ τῶν ὑπαρχόντων κάμπτην τῆς ἐξουσίας, καὶ μέτρια φρονεῖν,
 ἢ καὶ σαφρονεῖν, καὶ θεὸν μόνον ζῆτεῖν, καὶ θεὸν ἀναπνεῖν, καὶ
 ἢ θεῶ συμπολιτεύεσθαι, πτωχὸς ἕτος παρέστηκε ταῖς ἐντολαῖς,
 ἢ ἐλεύθερος, ἀήγητος, ἄνοσος, ἄτρωτος ὑπὸ χρημάτων. εἶδε μὴ,

*aque ferre & absentiam eorum, sicut
 & presentiam; hic est qui beatus
 predicatur a Domino, & pauper spi-
 ritu appellatur, certus haeres regni cae-
 lestis, non dives vivere nesciens. Atque
 inferius: Sic e contrario etiam imops
 aliquis & egenus deprehendi potest
 aliquando ebrius concupiscentius: &
 dives opibus sobrius, & voluptatum
 egenus, persuasus, prudens, purus, casti-
 gatus. Et inferius: Sed si vides te ipsum
 depravari & vinci ab eis, & sub-
 verti, relinque, abjice, odio prose-
 quere, renuncia, fuge. Atque si*

*oculus tuus dexter scandalizet te,
 cito erue eum, praoptandum enim
 lusca regnum Dei quam integro ignis.
 Item si manus, si pes, si anima, odio
 prosequere eam. Si enim hic pereat
 pro Christo, illic vivificabitur. Si
 vero quis potest intra opum potesta-
 tem flectere, & moderate de se sen-
 tire, & temperatus esse, & Deum
 solum querere, Deumque spirare, &
 cum Deo versari, pauper iste adfistit
 praeceptis, liber, invictus, sanus, a
 divitiis illesus. Sin minus, citius*

Ἐαὐτὸν κάμηλος διὰ βελόνης ἵσελεύσεται, ἢ ὁ ταῦτος πλῆσις ἐπὶ τὴν βασιλίαν τῆ θεῆ παρελεύσεται. “

Ἐντελῆς δὲ καλοκαγαθίας ἐγκρατῆς, ὁ διαρῥῶν ἐν ὁποῦν πρᾶγματι τὰ προσήκοντα, καὶ πάσαις γραμμαῖς ἐπακριβῶν τὴν Θεοῦ εἰκόνα τῆς ψυχῆς, καὶ εἰς τῆτο ὅλω θένει διατενόμενος, ἑαυτῷ προσέχων, ἑαυτῷ ἐπαρρηκῶν, ἐκ ἀμελῶν δὲ ἔτε φίλων, ἔτε πατριδος, ἀλλὶ ὑπεργῶν κἀκείνοις τὰ δέοντα, καὶ ὁπότε δέησι, ἔτε τῶν ὄντων, ἔτε τῆ σώματος, ἔτε τῆς ζωῆς ὁ τῶντι καλὸς καὶ ἀγαθὸς φείδεται ὑπὲρ τῆ καθήκοντος, διὰ δὲ Θεὸν ἐς ἀρετῆς ἐληλακῶς (ὡς ὁ Παῦλος) ἀκρότητα, καὶ ἐν χριστῷ ζῶν, ὀλιγωρήσει καὶ ὅλω ἑαυτῆ πᾶν εἶδος φιλαυτίας ἀποδυσάμενος, καὶ οἰονεὶ ἀυγοειδὲς ὄχημα τῆς ψυχῆς ἀποδέμενος, ἀκράτω δὲ τῷ θεῷ ἔρωτι κῆφος ἐποχόμενος. κηδεμονικὴ ἄρα ἢ καλοκαγαθία, καὶ τῆτο τῆ κομῆ καλῆντος. θεῶς ζῆλος μεσῆ. καὶ μάρτυς ὁ ζῆλος ἰησῆ τῆ Ναυῆ, φινεῆς, καὶ Ἡλιῆ, καὶ ἄλλων συχῶν, ὧν πρόκεινται τὰ λαμπρὰ παρὰ δῆγματα τοῖς ἀνελίτῆσι τὰς ἱερὰς γραφὰς, καὶ τὰς βίβλους

camelus per acum transibit, quam talis dives in regnum Dei intrabit.

Perfectam autem probitatem adeptus est, qui omnibus suis partibus absolvit officia in quocumque negotio, qui omnibus lineis complet divinam animæ imaginem, eoque omnibus viribus contendit, sibi intentus, sibi invigilans; nec tamen amicorum curam relinquens nec patriæ, sed his etiam debita præstans ministeria. Atque ubi opus nec opibus nec corpori nec vitæ parcat vir vere bonus,

officii causa: quin etiam propter Deum, ad summum virtutis proventus, (ut Paulus) inque Christo vivens, etiam seipsum totum contemnet, postquam omne genus amoris proprii exuit, & tamquam splendidum animæ vehiculum deposuit, simplici & puro amorî divino invehens. Est itaque probitas sedula & officiosa, atque ubi tempus postulat, divini zeli plena. Testis zelus Josue, Phinees, Elia, & aliorum complurium, quorum illustria prostant exempla evolventibus scripturas sacras, librosque

ἡ τῶν ἀγίων πατέρων. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς μῶ, ὁ διδάσκων ψαλ. 84γ.
 ἡ τὰς χεῖράς μῶ εἰς παράταξιν, τὰς δακτύλους μῶ εἰς πόλεμον.
 ἡ καὶ πάλιν, εὐφρανθήσεται δίκαιος ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν, τὰς ψαλ. 78.
 ἡ χεῖρας αὐτῆ νίβεται ἐν τῷ αἵματι τῆ ἀμαρτωλῶ. τὰ τῆ Θεῷ
 ἡ κρίματα ἐκδικῆν ἀπαραίτητος ἀνάγκη, Φησὶν ὁ ἕρανοφάντωρ
 ἡ Βασίλειος, ἵνα μὴ συμπαραπολαύῃ τῆς ὀργῆς τῆ Θεῷ ὁ ἐφου-
 χάζων. καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος καλοκάγαθίας ἐραστὴν καὶ
 προσάτην ὀνομάζει τὸν ἄρχοντα τὸν βοηθὸν ἀρετῆς, καὶ ἀντα-
 γωνιστὴν κακίας. καὶ πολὺς ἐστὶν εἰς δικαιοσύνην, καὶ κηδεμονίαν,
 καὶ προστασίαν, ὀτρύνων τὰς δυναμένους ἀπειλοῦς καὶ φόβω,
 μετὰ ξίφους καὶ τελαμῶνος, ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ εἰρήνην βραβεῦσαι.
 ἡ διὰ τῆτο ἀξιοῖται παρεῖναι, Φησι, καὶ βοηθεῖν ἡμῖν ὡς τάχιστα, 1 πη. κβ.
 ἡ καὶ δικάσοντα, καὶ συνηγορήσοντα. καὶ πάλιν, ἀλλ' ὅ, τι ἀν 1 πη. κ.
 ἡ δυνατῆς τῶν σβεσηρίων ὀργάνων, τῆτο προσέειπε, καὶ τοῖς
 ἡ ἄλλοις διακελεύων, ἵνα καὶ τὸ σὸν εὖ ἔχη τῆ κοινῆ πράττοντος
 ἡ ἄμενον. καὶ πάλιν, εἰ γένοιτο πολλὰς τῶν ἡμετέρων τὸ γένος 1 πη. 6.
 ἡ τὴν σὴν μιμήσασθαι καλοκάγαθίαν, πάντα ἡμῖν οἶδ' ὅτι ἔχει

sanctorum Patrum. * *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praelium & digitos meos ad bellum. Ac rursus: ** Letabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatoris. Dei iudicia vindicare, irrecusabilis est necessitas, inquit ille coeli monstrator Basilius, ne in eo cessans experiatur iram divinam. Et Gregorius theologus probitatis amatorem & patronum appellat eum Praefectum qui virtuti opitulatur, hostemque malitiae: multus-*

que est in adhostandis ad iustitiam, curam & defensionem eius qui possunt minis & terrore, gladio ac clypeo, privatim & publice pacem procurare. Idcirco volumus, inquit, adesse & succurrere nobis quamprimum, & iudicaturum & defensurum. Ac rursus: Sed quaecumque instrumenta extintoria potes, ea admove, aliisque impera, atque effice, ut Rep. melius habente, tua etiam res meliore sit loco. Rursusque: Si eveniat ut plures ex nostra natione intuentur tuam probitatem, omnia,

Psal. 143. 1.

Psal. 67. 2.

ἱπκ. μʹ.

καλῶς τὰ τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια. παρακαλῶ δὲ, ὡς περ τὸν ἰε
 ἔξωθεν πόλεμον τῆ σεαυτῆ δεξιᾷ καὶ συνέσει καταλύεις γενναίως ἰ
 ὑπὲρ ἡμῶν ἰσάμενος, ἔτω λύσον καὶ τὸν ἡμέτερον ὅσα γέ ἐσιν ἰ
 ἐπὶ σοὶ εἰρηρικὸν γενέσθαι τὸ τέλος τοῖς συνελθῶσι νῦν ἐπισκό- ἰ
 ποις ἀγωνιστάμενος. καὶ Ἀλυπίῳ γράφων, σπαράσσει τὴν ἡμε- ἰ
 τέραν οἰκίαν τὴν παρ' ὑμῖν ὡς πυρῆανομα βιαίοις ἐφόδοις ὁ καλὸς ἰ
 Παλλάδιος, ὁ δὲ βοηθήσων ἑδούς. καλὸν ἔν ἐστὶ σοὶ μάλιτα μὲν ἰ
 καὶ παρόντος κήδεσθαι τῷ ἀνδρὸς, πολλῶ δὲ πλεον ἀπόντος, ὡς ἀν ἰ
 μὴ παντάπασι οἰχήσεται διαφθαρέντα καὶ διαξένετα τὰ πράγμα- ἰ
 τα κατὰ πολλὴν τῷ κωλύσοντος ἐρημίαν. ἰ

Ἐστὶ δὲ καὶ σωφροσύνης ἐραστὴς ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, τὴν
 φθοροποιὸν ἀκαλασίαν ὡς ἰσβόλον ὄφιν ἀποφεύγων. πῶς γὰρ μιμή-
 σεται θεὸν σοὺς δίκην ταῖς ἀποπλύσει ἡδοναῖς φυρόμενος; πῶς
 χολάσει τῇ εὐχῇ καθηδυπαδῶν, καὶ κατασπαδῶν, καὶ ὅλως
 τῇ ἰλῦι προστετηκῶς; πῶς ἀσκήσει φρόνησιν ἐν ἑαυτῷ ἄφρων ὢν;
 πῶς δικαιοσύνης ἀνδέξεται ἀφ' ἐξίας ἀδικεῖν ἀρχόμενος; κατατρί-

*sat scio, nobis recte habebunt, tam
 publica quam privata. Rogo autem
 ut, quemadmodum externum bellum
 tua ipsius dextera & prudentia dissi-
 pas, strenue pro nobis stans, ita &
 nostrum delicias, quantum in te est,
 contendens ut pacatum habeant finem
 Episcopi qui nunc convenere. Atque
 Alypicio scribens: Lacerat nostram
 domum quae apud vos est, ut audio,
 violento impetu, bonus ille Palladius,
 qui autem subveniat opemque ferat,
 est nemo. Decet autem te, etiam
 presentis quidem rationem habere
 illius hominis, sed multo magis ab-*

*sentis, ne prorsus dilapsa pereant &
 intereant omnia, magno impediens
 defectu.*

Est vero & temperantiae amans
 vir bonus & probus, pestiferam
 intemperantiam ut venenatum
 angvem fugiens. Quomodo enim
 Deum imitabitur is qui more porci
 in caedis volutatur voluptatibus?
 Quomodo vacabit precibus, luxu-
 rians & deliciis diffluens, lutoque
 plane affixus? Quomodo exerce-
 bit prudentiam qui in seipso est
 insipiens? Quomodo iustitiam
 curabit a Lare injusta facere inci-

Epist. 47.

βαν

βαν τὸ σῶμα, μολύνων τὴν ψυχὴν, ἐπιτέμνων τὴν ἐπίκτητον,
 ζημιώμενος τὴν αἰώνιον; πῶς δὲ ἀνδρείαν ἀσκήσει ὁ ἐκτεθλυμένος
 καὶ ἐυδεδιχημένος, καὶ λημῶν σῶμα τε καὶ ψυχὴν, ἔδ' ἀνανεῦσθαι
 ὅλως δυνάμενος; ἐπιμελήσεται μέντοιγε μετρίως τῆ σῶματος, ὃ
 ἐνέχυρον ἔλαβε παρὰ θεῶ, καὶ ὄργανον λειτουργῆσον τῷ τε δεσπό-
 ζοντι, καὶ τῷ ὁμοφύλῳ. ἐν ἀγρῷ πόρρω πῆ, φησιν, ὁ θεῖος
 ἡ Γρηγόριος, τῆς μονῆς διατρίβοντας, καὶ κῆ τῆ σῶματος ἡμῶν ἐπιμε-
 λόμενοι. ἔδ' ἀπίωσεται εὐθυμίᾳ σώφρονα τὴν νότον ἐμπιῶσαν τῇ
 ψυχῇ ἐν τῷ τῆς ἀρετῆς δρόμῳ. Ἦσθην ἐπαινέμενος, φησιν ὁ αὐτὸς
 ἅγιος. καὶ πρὸς Ἀστέριον γράφων, τετιμῆμεθα παρ' ὑμῶν,
 δεδοξάσμεθα, τῆς ἀρχῆς ἀπελαύσαμεν, τῆς φιλανθρωπίας
 ἐνεφροήθημεν. καὶ Γρηγορίᾳ Νύσσης, ἕτε ὑπερορώμενοι δυσχεραίνο-
 μεν, καὶ τιμῶμενοι χαίρομεν. τὸ γὰρ συγνόν, καὶ κατηφές, καὶ
 σκυθρωπὸν, καὶ ἀνυμηρὸν, ἐκ εἰσὶν ἀρετῆς χρώματα, τοῖς
 τε μετ' ἀνθρώπων διαιωμένοις ἐπιπολαζόντα, ἀπαντὰ λίαν

ἐπιτ. κ.
βίον.ἐπιτ. vi.
'Ευαγγ.ἐπιτ. vii.
ἐπιτ. β.

piens, corpus destruens, animam
 fœdans, abbrevians hanc vitam
 eaducam, amittens æternam? Quo-
 modo fortitudinem exercebit effœ-
 minatus, inordinato victu utens,
 marcens corpore & anima, nec
 emergere omnino valens? Curabit
 tamen corpus moderate, quod a
 Deo accepit ut pignus & instru-
 mentum ad præstandas functiones
 cum principi ac magistratui tum
 societati. *Ruri, longe a monasterio,*
inquit divus Gregorius, commo-
rantes, ibique corporis nostri curam
agentes. Neque lætitiã repudia-

bit moderatam, quæ animum in-
 tendit in virtutis stadio. *Gaudeo,*
me laudari, idem inquit Sanctus.
 Et Asterio scribens: *Honore affecti*
a vobis sumus, glorificati, imperio
fruiti, humanitate & clementia
satiati. Et Gregoriõ Nysseno: *Et*
contemptum moleste non ferimus,
& honore lætamur. Tristitia enim
 & mœllicitia, & vultus tetricus &
 squalor, virtutis pigmenta non
 sunt; atque in consuetudine homi-
 num viventibus inherentia admo-
 dum sunt molesta, tamquam pro-
 bitatis simulationem olentia, at

Epist. 55.
Evagriõ.

Epist. 52.

Epist. 2.

ὀχληρὰ ὡς ὑποκρίτους ἄζοντα. τὸ δὲ κόσμον, καὶ ἰλαρὸν, καὶ γεγηθὸς, καὶ εὐαπάντητον, καὶ εὐπροσήμερον, καὶ εὐμενές, καλοκάγαθίας εἰς βαφαί, φῶς ἐπισίλβον ταῖς ἀρεταῖς. ταῖς μάλιστα τῶν ἀρετῶν ἐπεκτείνεσθαι ἀγωνίζε, φησὶ ὁ μέγας βασιλεὺς, καὶ τῶν ἐλαττοῦνων μὴ ἀμελεῖν, σφαλματος μὴ περιφρονεῖ καὶ μικρότερον παντὸς κινδάλει ἢ. καὶ τὸ μικρὸν γὰρ εἰ παρὰ χορδὴν χαρήσει, λύει τὸ ἐμμελές καὶ ἐναρμόνιον τῆ βίαι.

Ἐψωσαν δὴ κεφάλαιον τῆ λόγι οἱ λόγοι τῆ αὐτῆ θεοσεσίαι πατρὸς, ἀρμότῆσαι γὰρ παντὶ χριστιανῶ, ὃν εἶνα βέλεται, γνῶσιν ἔχοντα τῶν θεῶν γραφῶν, ἀπερίσπασον, ἀφιλάργυρον, ἀπράγμα, ἡσύχιον, θεοφιλῆ, φιλόπῳχον, ἀσσηγῆτον, ἀμνησίκακον, πολὺν εἰς οἰκοδομὴν τῶν ἐγγιζόντων αὐτῶ, ἀκείδοξον, ἀνυπερήφανον, ἀκολάκευτον, ἀπερίτρητον, μηδὲν προτιμῶντα τῆ θεῶ.

Ἀποταξάμενος δὲ ὁ καλὸς καγαθὸς τῶ κόσμῳ, ἀποδύσεται καὶ τὴν περὶ τὸν πλῆτον ἐπιθυμίαν, καὶ τὸν ἐνδύτατον τῆς

modestia, & lætitia & hilaritas, & comitas, & affabilitas, & benignitas, & probitatis sunt tinctura, lux resplendens in virtutibus. Majoribus virtutibus contendere nitere, inquit magnus Basilius, nec tamen minores negligito: vitium noli contemnere etiam si quolibet insecto sit minus. Nam & parvum illud, chorda aberrans, dissolvit concinnitatem & harmoniam viræ.

Summa autem sermonis, sint verba ejusdem Patris sanctissimi, conveniunt enim omni Christia-

no, quem vult esse, *Gnarum divinarum scripturarum, indistriclum, ab avaritia alienum, incuriosum, tranquillum, Deo devotum, pauperes amantem, non iracundum, obli-viosum injurie, multum edificantem appropinquantes ei, inanis glorie contemptorem, sine superbia, ab adulatione aversum, inconcussum, nihil anteferebant Deo.*

Renunciants autem vir bonus & probus mundo, exuet cum cupiditate divitiarum etiam interiorrem amoris proprii tunicam, ex-

Φιλαυτίας χιτωνίσκον, καὶ ἀσκήσει ἐν πᾶσι τὸ νηφάλιον, τὴν δὲ
 πρὸς Θεὸν νηφάλιον μέθην ἐνερνήσεται, λήθην μὲν τῶν κακῶν
 ἔξει, τὴν δὲ τῶν καλῶν μνήμην περιθάλλει. μετὰ τῆς πολυκε-
 φάλα τῶν παθῶν ὕδρας μονομαχήσει θεῶ συνεφαπτομένῃ, καὶ
 τὰ τῆς νίκης περαίνοντος, τὴν ἐν ταπεινώσει λαιθάνουσαν ἀλαζο-
 νείαν τὸ μέγα θεῖον πατήσεται, καὶ τῷ πυρὶ τῆς ἐν ἀπλότητι
 ἀγάπης * τὴν κεφαλὴν αὐτῆς συνθάλασει. γνώσει καὶ θεωρήσεται
 εαυτὸν ἐπιδώσει, ἀλλὰ τὸ περιέργον καὶ τὴν ἐν ὕψει πῶσι δειδί-
 11 τόμενος, τῆ μὴ ὀρθῶς γνώσκων τὸ ἀγνοεῖν αἰρήσεται. καὶ ἔθετο καλ. 17.
 11 σκότος ἀποκρυφὴν αὐτῆ. ἐκὼν τὰ πλερὰ τῆ νοὸς χαλάσει, ἐν
 11 τε τῇ καρδίᾳ τὸν Θεὸν ζητήσεται, ἀσφαλεστέρα γὰρ ἢ τῆς καρδίας
 11 σοφία. ὁ Θεὸς τῆς καρδίας μὲν, φησὶν ὁ Δαβὶδ, καὶ ὁ Σολομῶν, καλ. 18.
 11 ἡ ἐὰν σοφὴ γένηται σὺ ἡ καρδία, εὐφρανῆς καὶ τὴν ἐμὴν καρδίαν. πρην. κατ. 149.
 11 καὶ πάλιν, δός μοι ἡ ἐσὴν καρδίαν. ἐκείνην γὰρ θέλει ὁ Θεός,
 11 ἐκείνην ἐμπύπλησι τῆ θείᾳ ἔρωτος, ἐκείνη ἐν τῷ φαινοτάτῳ γνώσεται

erecbitque in omnibus sobrietatem,
 divini autem amoris ebrietatem
 pectore concipiet: malorum qui-
 dem obliviscetur, bonorum autem
 memoriam fovebit: cum multi-
 cipiti affectuum Hydra depugna-
 bit, Deo adjuvante, & victoriam
 perficiente: latitantem in humi-
 liatione arrogantiam, magnam
 illam beluam, calcabit, atque
 igne charitatis in simplicitate, caput
 ejus conteret. Scientiæ & con-
 templationi erit deditus, sed cu-

riositatem, neve ex alto ruat, for-
 midans, cognitione falsa potio-
 rem ducet ignorantiam. *Et po-
 suit tenebras in latibulum suum.*
 Igitur mentis alas laxabit, inque
 corde Deum quæret; certior enim
 est cordis sapientia. *Deus cordis
 mei,* inquit David. *Et Salomon:*
Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum,
exhilarabis etiam cor meum. item:
Præbe fili mi cor tuum mihi. Cor
 enim vult Deus, illud implet di-
 vino amore, illud in lucidissimo

PL. 17. 22.

PL. 72. 26.

Πρην. 23. 15. 16.

διαταμένη, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ νήχυστα, ἀπὸ πίστεως οἴκῃ Θεῷ
 ἐμπληθήσεται, καὶ ἀπὸ τῶν χαριῶν τῆς τρυφῆς αὐτῆς ποτιθή-
 σεται, χορτασθήσεται ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου.

42. 17.

* Phil. 16, 15.

nimbo degens, & in charitate na-
 tans, pinguedine domus Dei im-
 plebitur, & torrente deliciarum

ejus potionabitur. * *Satiabor cum
 apparuerit gloria tua.*

EXCUDIT

JOH. GEORG. SCHNIEBES.

ERRA-

ERRATA.

- Pag. 1. l. 3. βιβλῆς I. βιβλίῳ.
 - 1. 4. post vocem περι adde τῶν.
 - 1. 6. δ I. ε.
 - 2. l. 12. ἐνεργυαν I. ἐνεργυαν.
 - 3. l. 12. θήρα I. θήρα.
 - 4. l. 6. Δατίνων I. Λατίνων.
 l. 15. σφόδρα I. σφόδρα.
 l. 17. λεωφόρον I. λεωφόρον.
 - 5. l. 2. Φροντίζοντα I. Φροντίζοντα.
 - 6. l. 7. post vocem καλῆ adde: καὶ ἀρετῆς
 l. 10. διδόνει I. διδόνει.
 - 7. l. 1. ἄν I. ἄν.
 - 8. l. 16. ἄλλῃ I. ἄλλῃ.
 - 9. l. 6. πρᾶτλοντος I. πρᾶτλοντος.
 l. 8. κοινίαν I. κοινίαν.
 l. 10. ἕκτος I. ἕκτος.
 - 10. l. 3. ταπεινώσεως I. ταπεινώσεως.
 l. 6. post vocem πρόκτου add. τοῖς.
 l. 9. post vocem βίω add. τῶ.
 l. 14. ἀποθνήσκωμεν I. ἀποθνήσκωμεν.
 - 11. l. 10. ἐυφραδῆτω I. ἐυφραδῆτω.
 l. 12. διχοχυρίζοντα I. διχοχυρίζοντα.
 - 12. l. 5. κατασφραγῶν I. κατασφραγῶν.
 - 13. l. 3. post vocem ἄλλης add. τῆς.
 l. 5. ὑποπιπῶν I. ὑποπιπῶν.
 l. 14. post vocem θεωρίας, add. καὶ
 ἐνώσεως.
 - 14. l. 15. καὶ leg. καὶ.
 - 15. l. 8. post vocem ἱεροῖς adde ναεῖς.
 l. 11. post vocem λαῶν adde αὐτῶν.
 - 16. l. 4. ταθηροστος I. ταθηροστος.
 l. 7. ἀνιτῆμενος I. ἀνιτῆμενος.
 - 17. l. 10. καὶ deleatur.
 - 19. l. 5. ἕραιν I. ἕραιν.
 - 21. l. 6. ἀδρωπίης I. ἀδρωπίης.
 - 22. l. ult. ἐπιγράφτοι I. ἐπιγράφτοι.
 - 23. l. 9. θέλημάς I. θέλημά σε.
 Pag. 24. l. 4. Σαλομών I. Σολομών.
 l. 12. post vocem ἀγάπης add. καὶ
 χαρῶς.
 - 26. l. 15. ἔμπροσθεν I. ἔμπροσθεν.
 - 27. l. 5. δισσιδωμονῖσα I. δισσιδωμονῖσα.
 l. 9. Φησί I. Φησί.
 - 28. l. 12. τιμῶσι με I. τιμῶσι με.
 - 29. l. 15. ἡμᾶς I. ἡμᾶς.
 - 30. l. 4. αὐτον I. αὐτόν.
 l. 8. γὰρ I. γὰρ.
 ibid. Σολομών I. Σολομών.
 l. 11. γὰρ I. γὰρ.
 l. 15. ἄτικρος I. ἄτικρος.
 - 31. l. 15. μηδὲν I. μηδέν.
 - 32. l. 2. ἀπεκαρτέησαν I. ἀπεκαρτέησαν.
 l. 3. δλοκάτωμα I. δλοκάτωμα.
 l. 8. ἀδρώπη I. ἀδρώπη.
 l. 13. Μηδὲν I. Μηδέν.
 - 33. l. 5. ἰθύνωμενος I. ἰθύνωμενος.
 - 34. l. 5. ἐδομυχύνταν I. ἐδομυχύνταν.
 l. 12. ἐπιπάτῃ I. ἐπιπάτῃ.
 l. 15. διαγνώσκω I. διαγνώσκω.
 ibid. τρέπον I. πρέπον.
 l. 18. κοσμίωτητα I. κοσμίωτητα.
 - 35. l. 13. ἀδρωπίης I. ἀδρωπίης.
 l. 15. ἐκάτω I. ἐκάτω.
 l. 16. γεννώστος I. γεννώστος.
 p. 38. l. 2. δικαιοσύνη I. δικαιοσύνη.
 l. 7. post vocem σιωπῆ add. comma
 - 41. l. 7. ἀμαρτίας I. ἀμαρτίας.
 - 42. l. 5. ἐπιδειξίτητα I. ἐπιδειξίτητα.
 l. 14. ποιηρευμένος I. ποιηρευμένος.
 - 43. l. 8. ἀπερίεργω I. ἀπερίεργω.
 - 44. l. 2. ἐπιβαλέων I. ἐπιβαλέων.
 l. 3. ἔτη I. ἔτη.

- Pag. 46. l. 3. *συβμένα* leg. *συβμένα*.
 l. 15. *ἀκέραιον* l. *ἀκέραιον*.
 = 48. l. 3. *προμοίσις* l. *προμοίσις*.
 l. 9. *ἄδρῆα* l. *ἀνδρῆα*.
 = 49. l. 10. *ἀρχένα* l. *ἀρχένα*.
 = 50. l. 11. post vocem *χάσῃ* add. *καὶ τῆ*
ῶσθ.
 l. 16. *ἡαίχης* l. *ἡρωϊκῆς*.
 = 51. l. 2. *τῆ* l. *τὸ*.
 l. 5. *παρεμβολῆ* l. *παρεμβολῆ*.
 l. 8. *ἐπνέγκω* l. *ἐπενέγκω*.
 l. 14. *καί* l. *καί*.
 = 52. l. 12. *πορευόμενος* l. *πορευόμενος*.
 = 54. l. 3. *ἀδρῆαν* l. *ἀνδρῆαν*.
 l. 12. post vocem *ἐν* adde: *τῶ*.
 l. 17. *ἐναβρύνομενοι* l. *ἐναβρυνόμενοι*.
 = 55. l. 10. *ἀνεβράγῃσαν* l. *ἀπεβράγῃσαν*.
 l. 16. *ἔδῃν* l. *ἔδῃν*.
 l. 17. *ἄδρῆα* l. *ἀνδρῆα*.
 = 66. l. 8. *δμιλῆν* l. *δμιλῆν*.
 = 68. l. 2. *ἴσθῃ* l. *ἴσθῃ*.
 = 69. l. 6. *ἄσεως* l. *ἀσεως*.
 = 71. l. 9. *ἀνάπτης* l. *ἀνάπτης*.
 l. 13. *διαφρέοντα* l. *διαφρέοντα*.
 = 72. l. 14. *ἐπῆθη* l. *ἐπῆθη*.
 = 76. l. 2. *ἡπίοτος* l. *ἡπίοτος*.
 = 80. l. 6. *χρησάμενος* l. *χρησάμενος*.
 = 81. l. 5. *νητάς* l. *νητάς*.
 = 86. l. 7. *ἔνικα* l. *ἔνικα*.
 = 87. l. 8. *προσίμενος* l. *προσίμενος*.

- Pag. 90. l. 11. *κατὰ* l. *μετὰ*.
 l. 16. *τῷ* l. *τῷ*.
 = 91. l. 7. *ἡδολῶν* l. *ἡδολῶν*.
 = 93. l. 16. *ἡμμίνοι* l. *ἡμμίνοι*.
 = 94. l. 16. *κατὰ* l. *μετὰ*.
 = 96. l. 15. *ἀντιπάλος* l. *ἀντιπάλος*.
 = 97. l. 17. *βέλημι* l. *βέλημι*.
 = 98. l. 5. *ἐπαναπαύομαι* l. *ἐπαναπαύομαι*.
 = 99. l. 11. *ἰακῶβ* l. *ἰακῶβ*.
 ibid. *ἰμά* l. *ἰμά*.
 = 100. l. 3. *πραγματεύομενοι* l. *πραγματεύομενοι*.
 = 101. l. 5. *τῷ* l. *τῷ*.
 = 102. l. 5. *ταῖς* l. *τοῖς*.
 = 104. l. 5. post vocem *σκάφην* adde:
σκάφην.
 = 105. l. 6. *ἀδικόσομεν* l. *ἀδικόσομεν*.
 l. 14. *μνητεύομενος* l. *μνητεύομενος*.
 = 107. l. 12. *χαλκείωνταν* l. *χαλκείωνταν*.
 = 108. l. 13. *τατὰ* l. *κατὰ*.
 = 110. l. 3. *πανταχῆ* l. *πανταχῆ*.
 l. 7. *σπίδῃται* l. *σπίδῃται*.
 = 112. l. 9. *συμβολοῦμενος* l. *συμβολοῦμενος*.
 = 114. l. 16. *κοπιῶ* l. *κοπιῶ*.
 = 118. l. 17. *ὕποταγῆ* l. *ὕποταγῆ*.
 = 120. l. 7. *ἄγνωσιαν* l. *ἄγνωσιαν*.
 = 136. l. 7. *προσένγκησι* l. *προσένγκησι*.

